

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## C. Cornelii Taciti Opera Qvæ Exstant

Tacitus, Cornelius

Antverpiae, 1668

Liber XIII

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1742](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1742)

A  
C. CORNELII TACITI  
AB EXCESSV DIVI AVGVSTI  
ANNALIVM LIBER XIII.  
BREVIARIVM LIBRI.

B  
**S**ILANVS proconsul Asia, Veneno necatus, Agrippina fraude. item Narcissus ad mortem actus. Claudio funus censorium ductum, & laudatur à Principe. Bona Neronis initia, & multa arbitrio Senatus constituta. Parthi Armeniam adfectant: quibus Domitius Corbulo opponitur. Nero Acten libertam amat, matre fremente. eaque caussa imminuta maternae potentiae. Pallas libertus curâ rerum demotus. mox Venenum Britannico properatum: & festinum eius funus. Agrippina Neroni offensior, & visa res novas moliri. accusata eo nomine. absoluitur. Neronis luxus & lasciuia per noctem discursus. Actum de libertis in seruitutem renouandis, sed non peractum. Damnationes aliquot illustrium, itemque à fato mortes. Iterum cum Parthis discordia, super Armeniâ. ad quod bellum priscâ seueritate & disciplinâ militem suum Corbulo firmavit. Is Armeniam ingreditur, castella aliquot exscindit, urbem Artaxata capit & incendit, rege Tiridate praelium aut defensionem nusquam auso. P. Sullius Romae damnatur, adnitente Senecâ. Octavius Sagitta Pontiam tergiuersantem de nuptiis, impotentia amoris, ferro transadigit. libertus suum crimen id fatetur, magno exemplo. Poppaeam Sabinam amare Nero occipit: deque ingenio & venere eius feminae. Cornelius Sulla Massiliam amouetur, suspectus Principi. Publicanorum iniquitas temperata. In Germaniâ Frisij res mouent: & sedes iuxta Rhenum conantur figere. frustra. quia pulsi ab Romano equite & disiecti. Eosdem agros mox Ansibarij occupant, sed eodem fato. Hermunduri Catti que inter se bellantur. sed magno praelio Catti ad exitium penè gentis casti. Gesta haec annis quattuor.

IMP. CLAVDIO NERONE. L. ANTISTIO VETERE  
Q. VOLVSIO. P. CORNELIO SCIPIONE  
IMP. CLAVDIO NERONE. II. L. CALPVRNIO PISONE Coss.  
IMP. CLAVDIO NERONE. III. VALERIO MESSALLA.

D  
**P**RIMA nouo Principatu mors <sup>1</sup> Iunij Silani proconsulis Asiae, <sup>Cap. 1.</sup> ignaro Nerone, per dolum Agrippinae paratur. non quia ingenij <sup>lunus</sup> violentiam exitum irritauerit, segnis & dominationibus aliis fastiditus, adeo vt <sup>Silanus.</sup> C. Caesar pecudem auream eum appellare solitus sit: verum Agrippina fratri eius <sup>3</sup> L. Silano necem molita vltorem metuebat, crebra vulgi fama, anteponendum esse vix dum pueritiam egresso Neroni, & imperium per scelus adepto, virum aetate composita, infontem, nobilem, & quod tunc spectaretur, è Caesarum posteris. quippe & <sup>4</sup> Silanus D. Augusti abnepos erat. haec caussa necis: ministri fuere <sup>5</sup> P. Celerius eques Romanus, & Aelius libertus, rei familiari Principis in Asia impositi. Ab iis proconsuli venenum inter epulas datum est, apertius quam vt fallerent. Nec minus properato Narcissus Claudij libertus, de cuius iurgiis aduersus Agrippinam rettuli, aspera custodia, & necessitate extrema, ad mortem agitur, inuito Principe, cuius abditis adhuc vitiis per auaritiam ac prodigentiam mire congruebat. Ibatuque in caedes, nisi Afranius Burrhus, & Annæus Seneca obuiam essent. Hi rectores imperatoriae iuuentæ, & <sup>6</sup> pari in societate potentiae concordēs, diuersa arte ex æquo pollebant. Burrhus militaribus curis, & seueritate morum; Seneca præceptis eloquentiae, & <sup>Palam veneno necatus.</sup> <sup>Narcissus etiam ad mortem actus</sup> <sup>Cap. 2.</sup> <sup>Burbi & Seneca laudatio.</sup> comitate

comitate honestâ. iuuantibus inuicem, quò faciliùs lubricam Principis ætatem, si virtu- A  
tèim aspernàretur, voluptatibus concessis retinerent. Certamen vtrique vnum erat con-  
tra ferociam Agrippinæ, quæ cunctis malæ dominationis cupidinibus flagrans, habebat  
in partibus Pallantem, quo auctore Claudius nuptiis incestis & adoptione exitiosâ se-  
met peruerterat. Sed neque Neroni infra seruos ingenium; & Pallas tristi arrogantia mo-  
dum liberti egressus, tædium sui mouerat. Propalam tamen omnes in eam honores cu-  
mula-

COMMENTARIUS.

**I.** **VNII SILANI.]** Crebra in histo-  
ria horum temporum mentio Sila-  
norum, & confusa: quæ, cautio mihi  
est, ne turbet iuuentutem. Eâ re, non  
stemma quidem eius familiæ ponam  
(arduus ille & fortasse vanus labor:) sed illustrissi-  
mos quosque, quo Imperatore, quòque exitu fuerint,  
exsequar, cum temporum notâ. Exordio à Tiberio  
principe: quia quæ supra, nihil ad Spartam meam.

**C. IUNIVS. C. F. SILANVS.** Consul fuit cum  
P. Cornelio Dolabellâ anno DCCLXII. sub Augusto:  
Proconsul Asiæ, sub Tiberio, damnatusq; repetundâ-  
rum, & proiectus in Cytheram insulam. Tacit. lib. III.  
Annal.

**M. IUNIVS. M. F. SILANVS.** Consul fuit sub  
Tiberio, DCCLXXI. Proconsul Africæ fuit, auctore  
Tacito lib. IV. *Histor.* Mox C. Cæsar turbidus animi,  
ac M. Silanum obtinentem Africam metuens.  
Socer fuit Caij Caligula, & ab eodem interfectus, Sueton.  
cap. XII. & XXIII. item Dio.

**D. IUNIVS. M. F. SILANVS,** Marci prioris fra-  
ter. Is adulter in Iulia nepte Augusti, in exsilium iuit;  
rediitq; per gratiam & potentiam M. fratris sui. Fuit  
posthac in vrbe, neque honores adeptus est. Tacit.  
lib. III. Annal.

**AP. IUNIVS SILANVS.** Consul fuit sub Tiber.  
anno DCCLXXX. Consocer Claudij dicitur Suetonio,  
propter L. Silanum filium eius Octauie sponsum. Pro-  
consul Hispaniæ, & maritus Lepide matris Messalli-  
næ. à Claudio, incerto crimine, occisus. Dio LX. Sueton.  
cap. XXIX. & XXXVII.

Eius duo filij **L. SILANVS,** & **M. SILANVS.**  
Lucius, gener Claudij fuit, Octauie sponsus, Agrippi-  
næ artibus ad mortem actus. Marcus consul fuit cum  
Valerio Asiatico, anno DCCXCIX. in quo error in-  
signis Onusrij, qui Asiatico collegam dat Messallam.

**IULIA,** { **IULIA, cui vir**  
Aug F. { **L. Aemilius**  
cui vir { **Paullus. Suet.**  
M. Agrippa. { **Aug. c. LXIII.**

**ÆMILIA LEPIDA** proneptis Augusti. { **M. SILANVS,**  
Suet. cap. XXVI. in Claud. cui vir { **de quo hic.**  
**AP. Iunius Silanus.** claro argumento, quia { **L. SILANVS**  
Suet. eum consocerum Claudij vocat. Postea { **Claudij gener.**  
tamen alteri Lepide maritus, quæ mater  
Messallina. Ex Dione.

Stemma hoc satis certum est. Ne fallat te tantum Dio,  
qui Lepidam matrem Messallina, uxorem tribuit Ap-  
pio: sed sub finem vitæ. At M. ille Silanus Augusti ab-  
nepos genitus fuit viuo Augusto. Appium hunc Sila-  
num intelligit Augustus in epistolâ quadam, vocatq;  
ad finem Claudij ob hoc matrimonium, apud Sueton.  
Claud. cap. IV. Curare eum ludis Martialibus tricli-  
nium Sacerdotum non displicet nobis, si est passu-  
rus se ab Silano filio homine sibi adfina admoneri;

quem Dio refutat & Fasti Græci. Proconsul Asiæ fuit,  
& à Nerone nunc interfectus. De eo Plinius lib. VII.  
Diuus Augustus, in reliquâ exemplorum rarita-  
te, neptis suæ nepotem vidit genitum quo excessit  
anno, M. Silanum: qui cum Asiâ obtineret post  
consulatum (malim scribi, proconsulatu) Neronis  
principis successione, veneno eius sublatus est. Et si  
Plinius scelus hoc Neroni adscribit, quod noster reicit  
in matrem.

Fuit & **D. IUNIVS SILANVS,** consul anno  
DCCCVI.

**2. C. CÆSAR PECVDEM AVREAM.]** Vereor ut  
scriptori nostro constet ratio. Non enim in hunc M. Si-  
lanum expetit Caij dictum: sed in illum alterum, qui  
eius socer. Dio clarè: Ο δὲ δὴ περὶ τῆς αὐτῆς Μαρκῆς  
Σιλανὸς, ἐπειδὴ βαρὺς αὐτῶ ὑπὸ τῆ ἀρετῆς καὶ ὑπὸ τῆ  
συσχευῆς αὐτῶ, εὐαυτὸν κατεχρήσατο. ὁ δὲ Γαίος τὰ τε ἀλ-  
λα ἰσχυρῶς ἐπεπληκίσει, (καὶ τοὶ ἕτεροι καλῶς περὶ  
αὐτῆς φρονῶν, ὡς καὶ χρυσοῦ αὐτὸν ᾤοντο ὀνομά-  
ζειν) καὶ ὅπως μὴ ἐπιπέσοιτο, ὅτι ἠνθίστην). &c. Cui  
ut assentiar, etas Silani me inducit. Natus enim est  
extremo, ut Plinius ait, Augusti anno: à quo ad hunc  
diem anni dumtaxat quadraginta sunt. Non ergo in  
eâ ætate hic adolescens formidini aut contemptui aliis  
dominationibus esse potuit, cuius adhuc ἔδ εἰς λόγος.  
Sed ut in homine Tacitus, sic in dicto aberrat Græcus.  
Putat enim laudis honorisq; fuisse: quod reuera probri  
fuit, & salsè iactum in hominem diuitem, sed igna-  
uum, hebetem, ouiculam meram.

**3. L. SILANO.]** Conuenit cum historiâ: tamen li-  
bri scripti, C. Silano.

**4. SILANVS D. AVGVSTI ABNEPOS.]**  
Præit ad stemma aliquomodo Plinius, qui eum nepo-  
tem scribit Augusti neptis. Atqui Augusto è Iuliâ fi-  
liâ neptes due, Iulia & Agrippina. È Iuliâ hunc de-  
riuo, hoc modo:

nequid faciat quod conspici & derideri possit.  
**5. P. CELERIVS.]** Infra, P. Celer dicitur. P. Cele-  
rem accusante Asiâ, quia absolvere nequibat Cæ-  
sar, traxit, senectâ donec mortem obiret. Nam  
Celer interfecto, ut memoravi, Silano proconsu-  
le. Hic ergo corrige.

**6. PARI IN SOCIETATE POT.]** Siquid mutan-  
dum, legam: paris in societate potentia. Sed vix o-  
pus, etsi alij conantur.

**7. SIGNVM**

**A** mulabantur, <sup>7</sup> signumque more militiæ petenti tribuno dedit, OPTIMÆ MATRIS. Decreti & à senatu <sup>8</sup> duo lictores, flaminium Claudiale, simul Claudio censorium funus, & mox consecratio. Die funeris, laudationem eius Princeps exorsus est. Dum antiquitatem generis, consulatus, ac triumphos maiorum enumerabat; intentus ipse & ceteri. Liberalium quoque artium commemoratio, & nihil regente eo Reip. triste ab externis accidisse, pronis animis audita. Postquam ad providentiam sapientiamque flexit; nemo risui temperare, quamquam oratio à Senecâ composita, multum cultus præferret: ut fuit illi viro ingenium amœnum, & temporis illius auribus accommodatum. Adnotabant seniores, quibus otium est vetera & præsentia contendere; primum ex iis qui rerum potiti essent Neronem, alienæ facundiæ eguisse. Nam dictator Cæsar summis oratoribus æmulus; & Augusto prompta ac profluens, quæ deceret Principem, eloquentia fuit. Tiberius autem quoque callebat, quâ verba expenderet, tum validus sensibus aut consulto ambiguus. Etiam <sup>9</sup> C. Cæsaris turbata mens vim dicendi non corruptit. Nec **B** in Claudio quoties meditata differeret, elegantiam requireres. Nero puerilibus statim annis, viuidum animum in alia detorsit. Cælare & pingere, cantus aut regimen equorum exercere. & aliquando carminibus pangendis, inesse sibi elementa doctrinæ ostendebat.

Honores in Agrippinam.

Cap. 3. Lavatio funebri Claudij.

Non sine audientium irrisu.

Nero infans: At non ceteri Principes.

Cap. 4. Eius honesta oratio in curiâ. Forma gubernandi.

Senatus auctoritas restituta.

Cap. 5. tribus

Ceterum peractis tristitiæ imitamentis, curiam ingressus, & de auctoritate patrum, & consensu militum præfatus, consilia sibi & exempla capeffendi egregiè imperij memoravit: nec iuventam armis civilibus, aut domesticis discordiis imbutam: nulla odia, nullas iniurias, nec cupidinem vitionis afferre. Tum formam futuri principatus præscripsit, ea maximè declinans, quorum recens flagrabat invidia. Non enim se negotiorum omnium iudicem fore, ut clausis vnam intra domum accusatoribus & reis, paucorum potentiâ grassaretur. Nihil in penetibus suis vñale, aut ambitioni peruium: discretam domum & Remp. Teneret antiqua munia senatus. Consulibus tribunalibus Italia & <sup>10</sup> publicæ provinciæ assisterent. <sup>11</sup> Illi patrum aditum præberent; se mandatis exercitibus consulturum. Nec defuit fides. Multaque arbitrio senatus constituta sunt, Ne **C** quis ad causam orandam mercede aut donis emeretur; Ne designatis quidem quæstori-

7. SIGNVM MORE MILITIÆ. ] Signum siue Tessera semper Tribunis data, etiam rep. antiquâ. Livijs lib. XXVIII. Forma tamen Romanorum castrorum constabat, quod Tribunos & iura reddere in principiis sinebant, & signum ab iis petebant, & in stationes ac vigilias ordine ibant. Dabatur à Consule, Pratore, eoque qui exercitui toti præerat. Idem Livijs: In Prætorio tetenderunt Albius & Atrius, classicum apud eos cecinit, signum ab iis petitum est. At Prætorij Tribunos à solo Principe. Ideò supra lib. I. inter signa accepti imperij Tacitus posuit: Defuncto Augusto signum prætorij cohortibus, ut Imperator, dederat. Super hac re **D** plura in EXCURS. A.

8. DVO LICTORES, FLAMINIUM CLAUDIALE. ] At Liuia decretus lictor tantum unus, & id ipsum recusante Tiberio. Flaminium Claudiale quomodo ad honestandam facit Agrippinam? Credo ut ipsa Flaminia Claudij esset: exemplo Liuia quæ Augusti. Nam eam sacerdotem Augusti fuisse docui ad lib. I. velimq; addi Paterculi locum, quem viri docti emendare conati frustra, lib. II. Liuia Romanarum eminentissima, quam postea coniugem Augusti vidimus, quam transgressi ad eos sacerdotem ac filiam. Legunt, quin transgressa ad eos sacerdotem penè habuit ac flaminem. quasi ad Liuiam ipsam referenda sint, quæ mortua celesti religione culta per flamines ac sacerdotes. Campas loquuntur & floccos: tu lege mecum, quam transgressi ad deos. Liuia enim est, Liuia, quæ mariti sui in deos relati

& sacerdos fuit & filia. Satis dictum supra.

9. C. CÆSARIS. ] Qui etiam libros scripsit De arte dicendi, ut vult Suidas: Γαίος Καίσαρος ἐπεκλήθη Καλλιόλας ῥητορικῶν τεχνῶν ἐγχαίρει Ρωμαίωνος, quem tamen puto ego falli: eosq; Germanici fuisse.

10. PUBLICÆ PROVINCIÆ. ] Spectat ad divisionem Augustæam. Claudius pleraque omnia ad se traxerat: at Nero populi provincias (ea enim publicæ) earumq; controuersias solis Consulibus cura fore: se Cæsarianis provinciis, in quibus exercitus, velle consulere prædixit.

11. ILLI PATRVM ADITVM. ] Non muto. Consules, inquit, præbeant provincialibus aditum Patrum. At hæc oratio Senecæ adeò grata Patribus, ait Xiphilinus, ὥστε καὶ ἐς ἀργυρῆν στήλην ἐγγράφωται, καὶ ἐν ταῖς νέαις τῆ ἀεὶ ὑπάτων ἀρχαῖς ἀναγινώσκουσιν ἡντιδίωται: ut in argenteam columnam incisa sit, & Kalendis anni noui cum Consules ineunt ex decreto deinceps lecta. Nec nouum id Senatus decretum: excipio de argento. Nam & antea semper Principum orationes in as incise, & Kalendis Ian. recitatae. Morem quem non nimis notum suggerit mihi Dio lib. ultimo: Τότε δὲ λόγους πῶς ἐν τῇ νευλιῶν τῆ τε Αὐγύστου καὶ τῆ Τιβερίου καὶ δόγμα ἀναγινώσκουσιν, ὥστε καὶ μεχρὶ τῆ ἐσπέρας τὰς βουλευτὰς ἀπατείνουσιν, ἔπαυσεν, ἀρχοῦν ἐν φήσας, ἐν ταῖς σήλαις ἕως ἐγγράφωται. id est: Cum legerent in Senatu Orationes quasdam Augusti & Tiberij ex decreto, ita ut ad vesperam Senatus detineretur, legentes Claudius inhibuit: sufficere dicens, quod ex in

M. SILAVS  
de quo hic  
L. SILAVS  
Claudij gen  
7. Sc

Agrippina  
supra femi-  
nam cura.

Cap. 6.  
Armenia  
turbat.  
Sermones  
hinc in Ne-  
ronem.

Et alij pro  
Nerone.

Cap. 7.  
Ipse curam  
belli susci-  
pit.

ribus<sup>12</sup> edendi gladiatores necessitas esset. Quod quidem aduersante Agrippinâ, tam-  
quam acta Claudij subuerterentur, obtinere patres,<sup>13</sup> qui in palatium ob id vocabau-  
tur, vt astaret<sup>14</sup> abditis à tergo foribus velo discreta, quod visum arceret, <sup>15</sup> aditus non  
adimeret. Quin & legatis Armeniorum caussam gentis apud Neronem orantibus,  
<sup>16</sup> escendere suggestum Imperatoris, & præsidere simul parabat; nisi ceteris pauore de-  
fixis, Seneca admonuisset, venienti matri occurreret. Ita specie pietatis, obuiam itum  
dedecori. Fine anni turbidis rumoribus prorupisse rursus Parthos, & rapi Armeniam,  
allatum est; pulso Rhadamisto, qui sæpè regni eius potitus, dein profugus, tum quoque  
bellum deseruerat. Igitur in vrbe sermonum auidâ, quemadmodum Princeps vix se-  
ptemdecim annos egressus, suscipere eam molem aut propulsare posset: quod subsidium  
in eo qui à feminâ regeretur: num prælia quoque & oppugnationes vrbiū, & cetera  
belli per magistrōs administrari possent, anquirebant. Contrâ. *Alij melius euenisse disse-  
runt, quàm si inualidus senectâ & ignauia Claudius, militiæ ad labores vocaretur, seruilibus ius-  
sis obtemperaturus. Burrhum tamen & Senecam multarum rerum experienciâ cognitos: & Im-  
peratori quantum ad robur deesse? cum octauodecimo etatis anno Gn. Pompeius, nonodecimo Cæ-  
sar Octavianus, ciuilia bella sustinuerint. Pleraque in summâ fortunâ auspiciis & consiliis, quàm  
telis & manibus geri. Daturum planè documentum, honestis an secus amicis vteretur, si ducem  
amotâ inuidiâ egregium, quàm si pecuniosum & gratiâ subnixum per ambitum diligeret.* Hæc  
atque talia vulgantibus, Nero & iuuentutem proximas per prouincias quæstâ supple-  
dis Orientis legionibus admouere, legionesque ipsas propiūs Armeniam collocari iubet.  
Duosque veteres reges<sup>17</sup> Agrippam & Iocchum expedire copias, quâs Parthorum fines  
vltiò

ex in columnis incisæ essent. *Lucem hinc do Plinij  
Panegyrico: Acclamationes nostras, inquit, nequa  
interciperet obliuio, P. C. in publica acta mitten-  
das, & incidendas in ære censuistis. Antè Oratio-  
nes principum tantum eiusmodi genere monu-  
mentorū mandari æternitati solebant: accla-  
mationes quidem nostræ parietibus Curia clau-  
debantur. Et ab hoc ritu est, quod Q. Haterius apud  
Tacitum lib. III. censet eius diei Senatusconsulta  
aureis litteris in curiâ figenda: Ingerunt & Iuris-  
consulti, apud quos locis aliquot Orationes hæc Princi-  
pum laudatæ. Sed nec ab aliâ causâ euenisse crediderim,  
quod Claudij oratio Lugduni nostro æuo reperta in  
Tabulâ eris.*

12. EDENDI GLADIATORES NECESSITAS.]  
*Pertinet ad abolendum Claudij scitum, qui, auctore  
Dolabellâ, sanxit spectaculum gladiatorum per  
omnes annos celebrandum pecuniâ eorum qui  
Quæsturam adipiscerentur: ait Tacitus lib. XI. Vbi  
suspecta vox, adipiscerentur. Cur enim hic εὐφραν-  
ξός scriptum, Ne designatis quidem: nisi quia an-  
teâ ex eâ sanctione, dabant etiam Candidati? Atque  
ita in Lampridij Alexandro lego: Quæstōres can-  
didatos (malim Quæsturæ) ex suâ pecuniâ iussit  
munera populo dare, sed vt post Quæsturam  
Præturam acciperent. Ceterum hoc Neronis decre-  
tum aboleuit iterum Domitianus: de quo Suetonius  
capite IV.*

\* Vide Suet.  
Aug. cap.  
XXIX.

13. QVI IN PALATIVM.] *Puto in templum \* A-  
pollinis Palatini. Suprà lib. II. Quattuor filiis ante  
limen Curia adstantibus, cum in Palatio Senatus  
haberetur.*

14. ABDITIS A TERGO FORIBVS VELO DIS-  
CRETA.] *Melius, obditis. Intellegit autem vela  
quæ prætentata foribus: quibus etiam Claudius se textit.  
Sueton. cap. X. Prorepit ad solarium proximum,  
interque foribus prætentata vela se abdidit. Et Helio-*

*gabalus, narrante Lampridio: Subito militum stre-  
pitu exterritus, in angulum se condidit, obiectu-  
que veli cubicularis, quod in introitu cubiculi erat,  
se textit. Iulius Pollux describit lib. X. Περὶ μὲν τῆ  
κοιτῶνος ὅτι ταῖς θύραις, ὡς ἀπετασμάτων σοὶ δεῖ,  
εἴτε ἀπλῆν εἴη τὸ ὄρασμα μὲν λαδὸν ἐξ ὀφθῶνος,  
εἴτε καὶ πολὺ χροῦ. Id velum leuabatur, in admis-  
sionibus. Seneca, epist. LXXXI. Non crepuit subin-  
de ostium, non alleuabatur velum. Lampridius in  
Alexandro: Salutabatur quasi vnus de Senatori-  
bus, patente velo, admissionalibus remotis. Inde  
apud Ictos caussas cognoscere leuato velo; id est pa-  
lam omnibus admisis, l. v. C. De naufragiis: De sub-  
mersis nauibus decernimus vt leuato velo istæ  
caussæ cognoscantur. Ad hæc & talia vela facit lapis  
vetus Romæ:*

TI. CL. THALLVS.  
PRÆPOSITVS VELARIORVM  
DOMVS AVGVSTIANÆ.

*Erant tamen & alia vela in cænationibus arcendi  
frigoris, itemque ornatus causâ: de quibus Seneca  
lib. IV. Quæst. Nat. & Tertullianus de habitu mu-  
liebri.*

15. ADITVS NON ADIMERET.] *Imò verò adi-  
mebat aditus: nec adiri conspicivè Agrippina voluit.  
Scribo, auditus.*

16. ESCENDERE SVGGESTVM.] *Probißima vox,  
& repperi ita in Farnesiano: sicuti paullo post in Va-  
tican. anquirebant. Nemo autem tinctus hac meliori  
litteraturâ, cui non ista hodie nota.*

17. AGRIPPAM ET IOCCHVM.] *Agrippam  
intellegit Agrippæ filium, cognomento Iunioem: qui  
Galilææ, Trachonitidis, & partis Iudææ rex. de quo  
Iosephus lib. XX. satis. Sed Iocchus iste quis? Virum  
Bocchus rescribendum? an potius, expletâ voce  
Antiochus? Quod verum censeo. Intellegit Antiochum  
regem Commagenes & in parte Ciliciæ. de quo Iose-  
phus*

**A** vtrò intrarent, simul pontes per amnem Euphratem iungi. Et <sup>18</sup> minorem Armeniam Aristobulo, regionem <sup>19</sup> Sophenem Sohemo cum insignibus regiis mandat. Exortusque in tempore æmulus Vologeso, filius Vardanes. Et abscessere Armeniâ Parthi, tamquam differrent bellum. Sed apud senatum omnia in maius celebrata sunt, sententiis eorum, qui supplicationes & diebus supplicationum vestem Principi triumphalem, utque ouans urbem iniret, effigiesque eius pari magnitudine ac Martis Victoris, eodem in templo censuere: præter fuetam adulationem læti, quòd Domitium Corbulonem retinendæ Armeniæ præposuerat. Videbaturque locus virtutibus patefactus. Coptiæ Orientis ita diuiduntur, ut pars auxiliarium cum duabus legionibus apud prouinciam Syriam, & legatum eius <sup>20</sup> Quadratum Vinidium, remaneret; par ciuium sociorumque numerus Corbuloni esset, additis cohortibus aliisque, quæ apud Cappadociam hiemabant. Socij reges, prout bello conduceret, parère iussi. Sed studia eorum in Corbulonem promtiora erant. qui ut famæ inseruieret, quæ in nouis cœptis validissima est, itinere properè confecto, <sup>21</sup> apud Egas ciuitatem Ciliciæ obuium Quadratum habuit, illuc progressum, ne si ad accipiendas copias Syriam intrauisset Corbulo, omnium ora in se verteret, corpore ingens, verbis magnificus, & super experientiam sapientiamque, etiam <sup>22</sup> specie inanium validus. Ceterum vterque Vologesem regem nuntiis monebant, pacem quam bellum mallet; datisque obsidibus, solitam prioribus reuerentiam in populum Romanum continuaret. Et Vologeses quo bellum <sup>23</sup> ex æquo modo pararet, an ut æmulationis suspectos per nomen obsidum amoueret, tradit nobilissimos ex familiâ Arfacidarum. Accepitque eos <sup>24</sup> centurio Hostorius ab Vinidio missus, fortè <sup>25</sup> priore de causâ adito rege. Quod postquam Corbuloni cognitum est; ire præfectum cohortis Arrium Varum, & \* recipere obsides iubet. Hinc ortum inter præfectum & centurionem iurgium, ne diutiùs externis spectaculo esset, arbitrium rei obsidibus legatisque qui eos ducebant, permissum. Atque illi ob recentem gloriam, & inclinatione quâdam etiam hostium, Corbulonem prætulere. Vnde discordia inter duces. querente Vinidio præcepta quæ suis consiliis patrauisset; testante contra Corbulone, non priùs conuersum regem ad offerendos obsides, quam ipse dux bello dilectus, spes eius ad metum mutaret. Nero quò componeret diuersos, sic euulgari iussit: Ob res à Quadrato & Corbulone prosperè gestas, laurum <sup>26</sup> fascibus Imperatoriis addi. quæ in alios consules egres-

Parti Armeniam amittunt. Cap. 8. Inde honores in Principem, vani & nimij. Corbulo Armenia rebus præfectus.

Copias à Quadrato accipit.

Cap. 9.

Vologeses ad pacem inclinatur.

Obsides dat. \* Vas. recipere

Vnde dissidium inter Romanos duces.

Nero componit.

sa, con-

phus libro XIX. Αντίοχον δὲ ἔχον βασιλείαν ἀφελόμενος, Κιλικίας μέρος πρὶ καὶ Κομμαγενῶν δωρεῖται. Et Dio lib. LX. Confirmat eam scripturam noster infra, qui in auxiliis Corbulonis Antiochum nominat: iteratque hoc mandatum. Simul, inquit, Antiochum regem monet proximas sibi Præfecturas petere. Vaticano tamen est, Lochium.

18. MINOREM ARMENIAM ARISTOBULO. ]

D Iosephus X X. Τὴν δὲ μικρὰς Ἀρμενίας περὶ Ἀσσίαν, Ἀρσινόβουλος Ἡρόδου τὸ Χαλκίδος βασιλείας παῖς, ὑπὸ Νέερονος ἐγχεῖσθαι. & addit, id factum τὸ πρότερον τὸ Νέερονος ἀρχῆς ἔτει, conuenienter planè cum Tacito.

19. SOPHENEM SOHEMO. ] Nescio an idem sit qui à Caio constitutus Arabum Ituræorum rex, auctore Dione. Sed apud eum Σοῦμος dicitur: & fortasse ita hîc scribendum.

20. QUADRATVM VINIDIVM. ] Numidium, ut supra.

21. APVD EGAS. ] Libri mei, Ἐγῆας, & rectè. Id enim Ciliciæ opidum. Strabo: Μετὰ δὲ Μαλλῶν, Ἀργαῶν ποδὶ χιλιῶν ὕφορμον ἔχον. id est: Post Mallum Ἐγῆα opidulum, quod stationem nauibus habet.

22. SPECIE INANIVM VALIDVS. ] Restitui,

meo animo, verè. Corbulo, inquit, non solùm verà virtute sapientiæ, magnus, sed etiam animos allicere peritus specie inanium; id est, gestibus, verbis, habituque externo. At nostri Censores quàm hîc mente, ut ait ille, exsensâ! Beatus legit, spe animum validus. pro animorum inquit. Vertranius, spe immanium, scilicet rerum. Cum bonâ gratiâ, abite queso, & cucurbitas pingite.

23. EX ÆQVO MODO. ] Nisi fallor, τὸ modo παρέλκει: aut certè cum Mercero legam, ex commodo.

24. CENTVRIO HOSTORIVS. ] Vaticanus codex, Centurio Histius. Parum, aut nihil est: tamen infra, post triennium, in his locis Istius Capito est, Castrorum præfectus.

25. PRIORE DE CAVSSA. ] Mureto accedo, prior eâ de causâ, legenti.

26. FASCIBVS IMPERATORIIS. ] De fascibus Imperatorum siue Principum (nec enim alios hîc intelleges) docebo iuuenes: fors fuit, & quosdam senes. Olim non nisi magistratus populi Romani, aut qui cum imperio in prouinciis, fascibus vsi. Quid ergo Princeps in vrbe, si nullum gereret ordinarium magistratum? Nihilò secus fasces duodecim illi. Origo rei ab Augusto; cuius honori Senatus decreuit anno vrbis

Cap. 10.

Populariter  
quadam Ro-  
ma gerit.

sa,coniunxi. Eodem anno Cæsar effigiem Gn.Domitio patri, consularia insignia Asco- A  
nio Labeoni, quo tutore vsus erat, petiuit à senatu : sibi que statuas argento vel auro soli-  
das, aduersus offerentes prohibuit. Et quamquam censuissent Patres, vt principium anni  
inciperet mense Decemb. quo ortus erat Nero, veterem religionem kalendarum Ianu. in-  
choando anno retinuit. Neque recepti sunt in reos Carinas Celer senator, seruo accusan-  
te; aut Iulius Densus equester, cui fauor in Britannicum crimini dabatur. Claudio  
Nerone, L. Antistio Coss. cum in 27 acta Principum iurarent magistratus, in sua acta  
collegam Antistium iurare prohibuit : magnis patrum laudibus, vt iuuenilis animus le-  
uium quoque rerum gloriâ sublatu, maiores continuaret. Secuta que lenitas in 28 Plau-  
tium Lateranum, quem ob adulterium Messallinæ ordine remotum, reddidit senatui,  
clementiam suam obstringens crebris orationibus; quas Seneca, testificando quàm ho-  
nesta præciperet, 29 vel iactandi ingenij, voce Principis vulgabat. Ceterum infracta  
paulatim potentia matris, delapso Nerone in amorem libertæ, 30 cui vocabulum Acte  
fuit : simul assumptis in conscientiam Othone & Claudio Senecione adolescentulis de-  
coris, quorum Otho familiâ consulari, Senecio liberto Cæsaris patre genitus, ignarâ ma-  
tre, dein frustrâ obnitente, 31 penitus irrepserrat per luxum & ambigua secreta. 32 ne se-  
uerioribus quidem Principis amicis aduersantibus, mulierculâ nullâ cuiusquam iniuriâ  
cupidines Principis explete, quando vxore ab Octauia, nobili quidem & probitatis  
spectatæ, fato quodam, an quia præualent illicita, abhorrebat. metuebaturque ne in stu-  
pra feminarum illustrium prorumperet, si illâ libidine prohiberetur. Sed Agrippina  
libertam æmulam, nurum ancillam, alia que eundem in modum muliebriter fremere.  
Neque pœnitentiam filij, aut satietatem opperiri : quanto que fœdiora exprobrabat,  
acrius accendere. donec vi amoris subactus, exueret obsequium in matrem, 33 Senecæque  
permitteret. Ex cuius familiaribus 34 Annæus Serenus, simulatione amoris aduersus  
eandem libertam primas adolescentis cupidines velauerat, præbueratque nomen, vt quæ  
Princeps furtim mulierculæ tribuebat, ille palàm largiretur. Tum Agrippina versis ar-  
tibus, per blandimenta iuuenem aggredi, suum potiùs cubiculum ac sinum offerre con-  
tegendis quæ prima ætas, & summa fortuna expeterent. Quin & fatebatur intempesti-  
uam seueritatem, & suarum opum quæ haut procul Imperatoriis aberant, copias trade-  
bat. vt nimia nuper coërcendo filio; ita rursum intemperanter demissa. Quæ mutatio  
neque Neronem fefellit, & proximi amicorum metuebant, orabantque cauere insidias  
mulieris semper atrocis, tum & falsæ. Fortè illis diebus Cæsar inspecto ornatu, quo  
Principum coniuges ac parentes effulserant, diligit vestem & gemmas, misitque donum  
matri:

Cap. 11.  
A. V. C.  
DCCCIX.

Clementiam  
ostendat.

Cap. 12.  
Amor eius  
in Acten.

Cap. 13.  
Qui Agrip-  
pina odio-  
sus,  
Et auertere  
conatur mi-  
ris:

Mox blan-  
dimenit.

Frustrâ.

DCCXXXV. vti Consulari potestate semper esset, fasci-  
busque duodecim uteretur. Dio LIV. O δὲ Αὐγύστος τὴν  
τῆς ὑπάτων ἐξουσίαν δὲ βίη ἐλάσεν, ὥστε καὶ ταῖς  
δωδεκά φαλδῶν αἰεὶ καὶ πανταχῶ χρῆσθαι, καὶ ἐν  
μείσω τῆς αἰεὶ ὑπατοδύτου ἔπαι τὴν ἀρχικὴν δὲ ἴσθου κα-  
τέχεσθαι. Eumque, morem tenuerunt \* Principes secuti:  
ita vt laurum iamen fascibus non adderent, nisi in  
victoriâ : vti hic factum. At statim per adulationem  
irrupit, vt omnium Principum fasces, & semper lau-  
reati essent. eaque notâ maximè distinctus à vulgo  
Princeps. Herodianus de Gordiano libro V I I. E' ἵπτο  
δὲ αὐτὸς πᾶσα ἡ βασιλικὴ πομπή, τῆς μὲν σεαυ-  
τῆς καὶ δορυφόρων προσόντων. αὖτε φαλδοὶ ἐδαφνη-  
φόρου, ὅπερ ἔστι σύμβολον εἰς τὸ διαγνώσκειν τὰς βασι-  
λικὰς ἀπὸ τῆς ἰδιωτικῶν. Capitolinus in Maximinis:  
Inde Carthaginem venit cum pompâ regali, &  
protectoribus, & fascibus laureatis. Quando id cæ-  
perit, ignoro : paulatim quidem non solum laureati  
admissi fasces, sed & aurati. Claudianus Panegyrico  
in V I. consulatum Honorij,

\* Imò Do-  
mittianus  
xxiv. sum-  
plit. Sueton.

agnoscunt rostra curules  
Auditas quondam proavis: desuetaque cingit  
Regius auratis fora Fascibus Vlpia lictor.

27. ACTA PRINCIPVM.] Non vt receptum, prin-  
cipis. Iurabant enim in acta non vnus qui imperit a-  
bat, sed & priorum. Dicam multa ad lib. XVI.

28. PLAVTIUM LATERANVM.] Suprà  
lib. XI.

29. VEL IACTANDI INGENII.] Contaminarant  
impure manus, causâ iactandi. At vox ea eleganter  
abest Vatic.

30. CUI VOCABVLVM ACTE.] Ex Asia  
oriunda mulier: cuius genus Nero ( vt splendorem  
ei adstrueret ) ad Attalum regem porrigebat. Xi-  
philinus.

31. PENITVS IRREPSE RAT.] Scribe,  
irrepserrat. ad Senecionem enim pertinet & Otho-  
nem: non ad Acten.

32. NE SEVERIORIBVS QVIDEM.] Li-  
bri scripti, senioribus.

33. SENECÆQUE PERMITTERET.] Herere me  
iubent libri. Non Farnes. seque neci permitteret.  
Vatic. seque permitteret. addito superius, neci. E  
quibus, seque Senecæ, occurrebat: nisi aliud latet. Ta-  
men de Senecâ fuisse, verba subsita statim dicunt.

34. ANNÆVS SERENVS.] Qui Præfectus vigi-  
lum

A

B

C

D

**A** matri : nullâ parcimoniâ , cum præcipua & cupita alijs , prior deferret. Sed Agrippina non his instrui cultus suos , sed ceteris arceri proclamat , diuidere filium , quæ cuncta ex ipsâ haberet. Nec defuere qui in deterius referrent. Et Nero infensus ijs quibus superbia muliebris innitebatur ,<sup>35</sup> demouet Pallantem carâ rerum , quâ à Claudio impositus , velut arbitrum regni agebat. Ferebaturque digrediente eo , magnâ prosequentiũ multitudi- ne , non absurdè dixisse : Ire Pallantem , ut eiuraret. Sanè pepigerat Pallas , ne cuius facti in præteritum interrogaretur ,<sup>36</sup> paresque rationes cum Rep. haberet. Præceps post hæc Agrippina , ruere in terrorem & minas , neque Principis auribus abstinere , quo minùs testaretur , *adultum iam esse Britannicum , veram dignamque stirpem suscipiendo patris imperio ; quod insitus & adoptiuus , per iniurias matris exerceret. Non abnuere se , quin cuncta infelicis domus mala patefierent , sue in primis nuptiæ , suum veneficium. Id solum dijs & sibi prouisum , quod uiueret priuignus. Ituram cum illo in castra. Audiretur hinc Germanici filia ,<sup>37</sup> inde vilis rursus Burrhus & exsul Seneca ,<sup>38</sup> trunca scilicet manu , & professoriâ linguâ , generis hu- mani regimen expostulantes.* Simul intendere manus , aggerere probra : consecratum Clau- dium , infernos Silanorum manes inuocare , & tot irrita facinora. Turbatus his Nero , & propinquo die , quo quartum decimum ætatis annum Britannicus explebat , volutare secum , modò matris violentiam , modò ipsius indolem , vt quidem experimento nuper cognitam , quo tamen fauorem latè quæsiuisset. Festis Saturno diebus<sup>39</sup> inter alia æqua- lium ludicra ,<sup>40</sup> regnum lusu sortientium , eucnerat ea fors Neroni. Igitur ceteris diuersa , nec ruborem illatura : vbi Britannico iussit exurgeret , progressusque in medium can- tum aliquem inciperet , irrisum ex eo sperans pueri , sobrios quoque conuictus , nedum temulentos ignorantis ; ille constanter<sup>41</sup> exorsus est carmen , quo euolutum eum sede patriâ rebusque summis significabatur. Vnde orta miseratio manifestior , quia dissi- mulationem nox & lasciuia exemerat. Nero intellectâ inuidiâ , odium intendit. Vr- genti-

Cap. 14.  
Quia ipse auertit se à matre.

Pallantem eius ab alto detrahit.

Hinc minax oratio Agrip- pina.

Cap. 15.  
Nero Bri- tannicum suscipit.

Qui iniuria & miseria sua intellegens.

**C** lum Neronis. Plinius l. XXII. Fungi familias nuper interemere & tota conuiuia , Annæum Serenum Præfectum Neronis vigilum & Tribunos & Centuriones. Quæ voluptas tanta ancipitis cibi? De hoc amico suo capiendus Seneca , epist. LXIII. Hæc tibi scribo , is qui Annæum Serenum carissimum mihi tam immodicè fleui , vt , quod minimè velim , inter exempla sim eorum quos dolor vicit. Et inscripsit eidem libros suos De Tranquillitate , monumentum amoris.

35. DEMOVET PALLANTEM CVRA RERV. ] A rationibus Claudij fuit , ex Suet. cap. XXVII. & lapide , in quo sculptum: PALLANS. CÆS. N. SER. ADIVTOR. A. RATIONIBVS.

36. PARESQUE RATIONES. ] Id est , (vti Iurif- consulti loquuntur) vt pariator esset , siue ἀλοίπαστος: nec reliqua vlla haberet. Sic parem rationem facere Seneca dixit , lib. II. epist. & lib. VI. De Benef. cap. XL. item Iurisc. l. vlt. De doli except. l. XX. De manum. testam.

37. INDE VILIS RVRSVS BVRRHV. ] Vatic. bi- bil. Suspiciari possis , num debilis , legendum. Debilitas enim loco probri , quia & sacris olim arcebantur , & decreto Augusti etiam Senatu. Sequitur autem de hoc ipso Burrho , Truncâ scilicet manu. Suspectum æquè , tò rursus , quod hîc nulli rei. Puto fuisse , rufus : glosse- ma scilicet ad cognomen Afranij , Burrhus. Nam Latini Burrhum , rufum dicebant , à Græco. Glossæ: Burrum. Χανθόν , πύρρον. Vide Festum.

38. TRVNCA SCILICET MANV. ] Agricola ad- notauit , tunicata manu. à sene , an à libris? Et sanè videntur mollitiã Burrho obiectare & tunicas ma- nicatas.

39. INTER ALIA ÆQUALIVM LVDICRA. ] In-

terpretes ad illustrationem loci adferunt , quæ Pollux scribit lib. IX. βασιλῆδα , inquit , ἔστιν ὅταν δὲ κλη- εσθέντες , ὁ μὲν βασιλεὺς προσάτη τὸ προκτεόν , ὁ δὲ ὑπορέτης εἶναι λαχὼν πανταχόθεν ἀπεκπονή. Magis facit Arriani locus libro I. Dissertationum Epieteti. Ἐν Σατορναλίῳς λέλογχε βασιλεὺς. Ἐδοξε γὰρ παῖζαι ταύτῳ ἢ παιδίαν προσάσει , σὺ πίε , σὺ κέρασσον , σὺ ὄσον , σὺ ἀπελθε , σὺ ἔλθε. Ὑπακίω , ἵνα μὴ παρ' ἐμὲ λύπηται ἢ παιδία. id est : Saturnalium diebus rex eligitur. lubet enim ludere hunc lu- sum. Is imperat , Tu bibe , tu misce , tu expelle , tu abi , tu veni. Pareo , ne meâ causâ soluatur ludus. Et maximè Luciani in Saturnalibus : Ὁ ρῆς ἡλίκον τὸ ἀγαθόν , ἐπὶ καὶ βασιλεῖα μόνον ἐφ' ἀπάντων ἡμέ- ρων , τῶν ἀσεργάτων κρατήσαντα. Ὡς μήτε ὀπιταχ- θεῖς γελοῖα ὀπιτάγματα , καὶ αὐτὸς ὀπιτάττειν ἔχοις , τῶν μὲν αἰσχρόν τι περὶ αὐτῶ ἀναβοῆσαι , τῶν δὲ γυμ- νὸν ὀρχήσασθαι , καὶ ἀεὶ μῦθον ἢ ἀυλητεῖδα τρίς τὴν οἰκίαν περιελθεῖν. Vides (inquit apud Græcum Sa- turnus magnificans suum regnum) quantum bo- num sit regem inter omnes eligi , si viceris talo. Cùm neque quisquam tibi ridiculum aliquid imperet , & tu imperare alijs possis : huic , vt turpe aliquid de seipso vociferetur , illi vt saltet nudus , vtque sublatâ in humeros tibicinâ ter domum circumeat.

40. REGNV M LVS V SORTIENTIVM. ] Eo ritu , quo regna conuiuiorum : id est talo. Ex Luciani supra verbis. Florentinus etiam codex : ludicra R. regnum : quod valet , Romanum.

41. EXORSVS EST CARMEN. ] Vetus illud ex Ennio tritum.

O Pater , ô patria , ô Priami domus Septum altifono cardine templum , &c.

T

42. POL-



Veneno tol-  
lere eum  
parat:

Et quidem  
præcipiti.

Cap. 16.

Datur ei in  
frigidâ.  
illud obis.

Cap. 17.

gentibusque Agrippinæ minis, quia nullum crimen, neque iubere eadem fratris palam **A** audebat, occulta molitur. Parari venenum iubet, ministro <sup>42</sup> Pollione Iulio, prætoris cohortis tribuno, cuius curâ attinebatur damnata veneficij nomine Locusta, multâ scelerum famâ. Nam ut proximus quisque Britannico, neque fas, neque fidem pensi haberet, olim prouisum erat. Primum venenum ab ipsis educatoribus accepit, transmisitque exsolutâ aluo parum validum, siue temperamentum inerat, ne statim fauaret. Sed Nero lenti sceleris impatiens, minitari tribuno, iubere supplicium veneficæ; quod dum rumor rem respiciunt, dum parant defensiones, securitatem morarentur. Promittentibus dein tam præcipitem necem quam si ferro vrgeretur, cubiculum Cæsaris iuxta decoquitur virus, cognitâ antea venenis rapidum. Mos habebatur, Principum liberos cum ceteris idem ætatis nobilibus <sup>43</sup> sedentes vesce in aspectu propinquorum, propriâ & parcior re mensâ. Illic epulante Britannico, quia cibos potusque eius dilectus ex ministris gustu explorabat, ne omitteretur institutum, aut vtriusque morte proderetur scelus, talis dolus repertus est. <sup>44</sup> Innoxia adhuc ac præcalida, & libata gustu potio traditur Britannico. **B** Dein postquam feruore aspernabatur, <sup>45</sup> frigidâ in aqua affunditur venenum; quod ita cunctos eius artus peruasit, ut vox pariter & spiritus eius raperentur. Trepidatum à circumfudentibus, diffugiunt imprudentes. At quibus altior intellectus, resistunt defixi, & Neronem intuentes. Ille ut erat reclinis, & nescio similis, solitum ita, ait, per comitalem morbum, quo primum ab infantiâ afflicteretur Britannicus, & redituros paulatim visus sensusque. At Agrippinæ is pauor, ea consternatio mentis quamuis vultu premeretur, emicuit; ut perinde ignaram fuisse ac Octauiam sororem Britannici constiterit. quippe sibi supremum auxilium ereptum, & patricidij exemplum intelligebat. <sup>46</sup> Octauia quoque, quamuis rudibus annis, dolorem, caritatem, omnis affectus abscondere didicerat. Ita post breue silentium, repetita conuiuij lætitia. <sup>47</sup> Nox eadem necem Britan-

42. POLLIONE IULIO.] Puto eum esse qui postea Præf. prætorio fuit, sub Othone. Vide Plutarch. in Othone.

43. SEDENTES VESCI.] Suetonius super eodem ritu, Claudij c. XXXII. Adhibebat omni cænæ & liberos suos cum pueris puellisque nobilibus, qui more veteri ad fulera lectorum sedentes vescerentur. Idem in Augusto, c. LXIV. de nepotibus eius: Neque cænauit vnâ, nisi in imo lecto adsiderent. Vbi scripserim; nisi ut imo. Ex quibus vides pueros sedisse ad fulera, pedesque parentum. Sedisse, dico. Spernebant enim etiam tunc accubitus à pueris, à seruis: quasi luxurie ritum illi ætati ordinisve non decorum. De seruis, Plautus Stichus: Potius in subsellijs Cynicè accipiemur, quam in lecto. Idem Persa: Non postulo equidem med in lecto accumbere, Scis tu med esse imi subsellij virum. Donatus in vitâ Terentij: Iussus antè Cæcilio recitare, ad cænantem cum venisset, quod erat contemptiore vestitu, subsellio iuxta lectulum residens legisse dicitur: post paucos verò versus, inuitatus ut accumberet, cænasse vnâ. Senecam sic accipio De Tranquillitate lib. II. cap. XV. Non accipiet sapiens contumeliam, si in conuiuiio regis recumbere infra mensam, vesceique cum seruis ignominiosa officia sortitis iubebitur. Quâ contumeliâ à Caio Pomponius Secundus adfectus: qui cibum cum eo cepit, ὅσα τοῖς ποσὶν ἔωθε καὶ ἄνδρος, ait Dio: scilicet quasi Veionis illius seruis. Nec aliò Plutarchus respexit, cum in Conuiuiio suo reliquos quidem accumbentes facit, at Aesopum qui seruis, sedentem in subsellio apud Solonem.

44. INNOXIA ADHUC AC PRÆCALIDA.] Retuli ad calidam potionem in Electis. & velim ei capiti

addi Arriani locum lib. I. cap. XIII. Ὁταν δὲ Σεμὸν αἰτήσαντος σὲ μὴ ὑπακῶσθαι ὁ παῖς, ἢ ὑπακῶσας χλαροτέρων ἐνέγκῃ ἢ μὴ εὐρεθῆν ἐν τῇ οἰκίᾳ, τὸ μὴ χαλεπαίνων μὴδὲ ρήγναι, ἐκ ἑστῶ ἀρετῶν τοῖς θεοῖς; qui simillimus illi Senecæ, quem adduxi è lib. De irâ. Ceterum ex hac potione gustasse etiam Titus credebatur Britannicum iuxta cubans, ait Suetonius Titij cap. II. Miror cur cubans scripserit: nam ille verò sedit, ut hic in Tacito, cum Britannico scilicet simul, ac paribus disciplinis, & apud eosdem magistrōs institutus, ut ipse Suetonius ibi scripsit. Nec probabile, in pari ætate, Titum supra Dominum honore affectum. Sed exciderit hoc Suetonio, pro vulgato more scribenti.

45. FRIGIDA IN AQUA.] Ita factum & Alexandro, ab eadem causâ & cautione. Iustinus: In aquâ frigidâ venenum habuerunt, quam prægustata iam potioni supermiserunt. Est error hac in re, opinor, Aeliani in Var. Histor. lib. V. qui disertè vult venenum ei in cibo datum, non potu. Μουχοὶ γ' εἶναι, inquit, καὶ πίνοντες πικρὸν κατέπιον, ὡς Ἀλέξανδρος, καὶ ἐδίδοντες, ὡς Κλαύδιος ὁ Ρωμαῖος, καὶ Βεταννῖος, ὁ τέτυς παῖς. Atqui de potu & Tacitus, & Suetonius, adfirmant.

46. OCTAVIA QUOQUE.] Scribe, Octavia, is pauor videlicet fuit.

47. NOX EADEM.] Miror ergo, quomodo vera quæ Greci tradiderunt, Britannici corpus gypso multo oblitum à Nerone fuisse, ne liuor appareret è veneno: sed pluuiam coortam eluisse gypsum, dum cadauer per forum effertur; omniumque oculis scelus subiecisse. Hæc Zonaras, hæc Dio. Scitè, sed parum verè: ut Taciti quidem narratio est. Nam hæc omnia operire nox potuit.

**A** Britannici & rogam coniunxit, prouiso antè funebri apparatu, qui modicus fuit. <sup>48</sup> In campo tamen Martio sepultus est, adeò turbidis imbribus, vt vulgus iram deum portendi crediderit aduersus facinus, cui plerique etiam hominum ignoscebant, antiquas fratrum discordias, & infociabile regnum existimantes. Tradunt plerique eorum temporum scriptores, crebris ante exitium diebus <sup>49</sup> illuisse pueritiæ Britannici Neronem. vt iam non præmatura, neque sæua mors videri queat, quamuis inter sacra mensæ, ne tempore quidem ad complexum forori dato, ante oculos inimici properata sit, in illum supremum Claudiorum sanguinem, stupro prius quàm veneno pollutum. Festinationem exsequiarum edicto Cæsar defendit, id à maioribus institutum referens, <sup>50</sup> subtrahere oculis acerba funera, neque laudationibus, aut pompâ detinere. Ceterum & sibi amisso fratris auxilio, reliquas spes in Rep. sitas: & tantò magis fouendum patribus populoque Principem, qui vnus superesset è familiâ summum ad fastigium genitâ. Exin largitione potissimos amicorum auxit. Nec defuerunt, qui arguerent <sup>51</sup> viros grauitatem asseuerantes, quòd domos villasque id temporis quasi prædas diuisissent. Alij necessitatem adhibitam credebant à Principe, sceleris sibi conscio, & veniam sperante, si largitionibus validissimum quemque obstrinxisset. At matris ira nullâ munificentiam leniri; sed amplecti Octauiam, crebra cum amicis secreta habere. Super ingenitam auaritiam, vndique pecunias quasi <sup>52</sup> in subsidium corriprens, tribunos & centuriones comiter excipere. Nomina & virtutes nobilium, qui etiam tum supererant, in honore habere: quasi quæreret ducem & partes. Cognitum id Neroni, excubiasque militares, <sup>53</sup> quæ vt coniugi Imperatoris soli tum & vt matri seruabantur, & <sup>54</sup> Germanos super eundem honorem custodes additos digredi iubet. Ac ne cœtu salutantium frequentaretur, separat domum, matremque transfert in eam quæ Antonia fuerat: quoties ipse illuc ventitaret, septus turbâ centurionum, & post breue osculum digrediens. Nihil rerum mortalium tam instabile ac fluxum est, quàm fama potentia, non suâ vi nixa. Statim relictum Agrippinæ limen. Nemo solari, nemo adire, præter paucas feminas, amore an odio, incertum. Ex quibus erat Iunia Silana, quam

*Notæ feruntur & videntur.*

*Edictum super eâ re Cæsar.*

*Cap. 18. Liberalitas ad redimendum sceler.*

*Agrippina tamen mansit infensor.*

*Cui Nero excubias adimit.*

*Cap. 19. Igitur custodes eam deserunt.*

**48. IN CAMPO TAMEN MARTIO SEPULTVS.]** Non tamen ibi combustus: sed reliquia eius in urnâ, illata, vt opinor, monumento Augusti.

**49. ILLVSISSE.]** Prisci aliquot, illudum esse. scribe, isse. Ludere autem & Illudere, in re Veneris usurpat: sed hoc ferè in fœdâ. Suetonius Tiberij cap. XLV. Fæminarum capitibus illudere.

**50. SVBTRAHERE OCVLIS ACERBA FVNERA.]** Nota ritum. Acerba enim & immatura funera, quæ intra Tyrociniy diem, pompâ funebri aut laudatione non dignata. Vide me ad Seneca De Brevit. vite, cap. vlt.

**51. VIROS GRAVITATEM ASSEVERANTES.]** In Senecam & Burrhum criminatio spectat. quam diluit tamen leuiter ipse Tacitus, Seneca ubique volens & amicus: aliter quàm ille Bithynus, qui inimicitias cum Senecâ indictas exercet, & ex professo.

**52. IN SVBSIDIVM CORRIPIENS.]** Vel corripere.

**53. QUÆ VT CONIUGI IMPERATORIS SOLI.]** Emendavi verisimè: quæ vt coniugi Imperatoris olim, tum. Iampridem, inquit, excubie Agrippinæ: Claudio quidem viuo, vt coniugi Principis: Nerone imperante, vt matri.

**54. GERMANOS SVPER EVMDEM HONOREM.]** Duplex ergo custodia Agrippinæ, vt & Principi ipsi: Prætoriani militis, Germaniq. Suetonius capite xxxiv. Abductaque militum & Germanorum statione, contubernio quoque ac Palatio expulit. Iampridem verò Germanis habitus is honos: & an-

te eos Hispanis. Nam Iulius Cæsar Hispanorum cohortem habuerat custodie suæ, Sueton. in Iul. capite LXXXVI. & Calagurritanorum manum Augustus, Suet. cap. XLIX. Sed ij dimissi: & eorum vicem allekti Germani. Quos ipsos metu aliquo & suspitione ob Vari cladem dimiserat; sed mox, vt opinor, recepit Augustus. Habuit certè eos inter initia Principatus, Tiberius, ex Tacito lib. I. Robora Germanorum qui tum custodes Imperatori aderant. alijq. ad Galbam vsque, qui cohortem Germanorum olim à Cæsaribus ad custodiam corporis institutam atque multis experimentis fidelissimam dissoluit. Sed & post eum iterum recepta, vt clarum ex historiâ inferiore. Imò & externi reges vitam suam commisere istis. De Herode quidem \* lego Iudææ, habuisse eum in satellitiò Germanos. Faveo tibi pugnacissima & fidelissima gens, faveo hanc laudem. quæ tamen propria quodammodo Bataurorum. Vti enim hodie Heluetij, sic illi olim eximij visi ad hoc munus. Itaque indiscriminatim modo Bataui ij custodes appellati, modo Germani. Batauos Suet. Cal. cap. XLIII. nominat, Plutarchus in Othone, Dio apertissimè lib. LV. Ex cuius verbis etiam discis, Equites peditesq. in hac manu fuisse. sicut & in Constitutione Hadriani, inter Vexillationes Palatinas Batauos equites seniores iunioresq. recensitos reperies. Ad hos non dubiè custodes illa Arriani spectant de oblongis gladijs, quorum & nunc Germana genti vsus, l. IV. Dissertationum: Δείνυέ μοι τὰς μάχαιρας τῆς δоруφρονον. ἰδὲ, ἡλίκα εἰσι, καὶ πῶς ὀξεῖαι; τί ἐν ποίσειν αἱ μεγάλα αὐτὰ μάχαιρα καὶ ὀξεῖαι; ὑποκρινύουσι. id est: Osten-

*\* Sueton. c. XLVIII.*

*\* Apud Joseph. l. XVII.*

quam matrimonio C. Silij à Messallinâ depulsam, <sup>55</sup> suprâ rettuli, <sup>56</sup> insignis genere, A  
formâ lasciuâ, & Agrippinâ diu percârâ. mox occultis inter eas offensionibus, quia  
<sup>57</sup> Sextium Africanum nobilem iuuenem à nuptijs Silanæ deterruerat Agrippina, im-  
pudicam & vergentem annis dictitans; non vt Africanum sibi seponeret, sed ne opibus  
& orbitate Silanæ maritus potiretur. Illa spe vltionis oblata, parat accusatores ex clienti-  
bus suis <sup>58</sup> Iturium & Caluissum, non vetera, & sæpius iam audita deferens, quòd Bri-  
tannici mortem lugeret, aut Octauix iniurias euulgaret: sed destinauisse eam <sup>59</sup> Rubel-  
lium Plautum, per maternam originem pari ac Nero gradu à diuo Augusto, ad res no-  
uas extollere; coniugioque eius etiam imperio Remp. rursus inuadere. hæc Iturius &  
Caluissius <sup>60</sup> Atimeto Domitiæ Neronis amitæ liberto aperiunt. Qui lætus oblati  
(quippe inter Agrippinam & Domitiam infensa æmulatio exercebatur) Paridem hi-  
strionem libertum & ipsum Domitiæ impulit ire properè, crimenque atrociter deferre.

Silana in  
eam insur-  
git.

Insidiarum  
in Principem  
accusatus.

Cap. 20.  
N. ro mirifi-  
cè irretur.

Proiecta nox erat, & Neroni per vinolentiam trahebatur. Cùm ingreditur Paris, so-  
litus alioquin id temporis <sup>61</sup> lusus Principis intendere. Sed tunc compositus ad mæsti- B  
tiam, expositoque indicij ordine, ita audientem exteret, vt non tantum matrem Plau-  
tumque interficere, sed Burrhum etiam demouere præfecturâ destinaret tamquam Agrip-  
pinæ gratiâ proiectum, & vicem reddentem. <sup>62</sup> Fabius Rusticus auctor est, scriptos esse  
<sup>63</sup> ad Cæcinam Thuscum codicillos mandatâ ei prætoriarum cohortium curâ, sed ope  
Senecæ

Ostende mihi gladios istos satellitum. Ecce, quàm  
magni, quamque acuti! Quid ergo faciunt isti  
magni gladij & acuti? occidunt. Reperio & Frisias  
in hoc numero, vicinos scilicet Batauis ingenio, si-  
tuque. Lapis Interamnæ: HILARIUS. NERONIS.  
CÆSARIS. CORPORIS. CVSTOS. NA-  
TIONE. FRISO.

55. SUPRA RETTVLI.] Libro XI. Credo sororem  
esse Marci Lucij, S. L. norum.

56. INSIGNIS GENERE, FORMA  
LASCIVA.] Romana vetus editio, formâ, lasciuia.  
non displicet.

57. SEXTIVM AFRICANVM.] Scribe Sex. vt  
præ nomen sit. l. XIV. Censuræ per Gallias à Q. Volu-  
sio & Sex. Africano Trebellioque Maximo acti  
sunt, æmulis inter se per nobilitatem Volusio at-  
que Africano. Nobilitatem hanc Africani repeten-  
dam arbitror à Iulo Antonio Marcelle marito, cui  
cognomen Africano. Ei filius L. Antonius l. v. suprâ:  
& hic, vt opinor, nepos.

58. ITVRIVM.] Verius, Titurium. atque ita  
scribunt libri veteres infrâ, XIV. Annali. Simile men-  
dum III. ad Q. Fratrem libro: Ad Labienum & ad  
Ligurium litteras dabo. Malim, Titurium, qui in  
Cæsaris legatis.

59. RVBELLIVM PLAVTVM.] Rectè Plautum.  
Noster l. XIV. Et omnium more Rubellius Plautus  
celebratur, cui nobilitas per matrem ex Iuliâ fa-  
miliâ. Iterum: Compertoque Plautum & Syllam  
maximè timeri. Lib. XVI. Interfectum esse Ru-  
bellium Plautum generum L. Veteris. Græcisque  
constanter semper, Πλαῦτος. Vbi ergo frons, Plancus  
aut Blandus substituentium? At enim pater illi fuit  
Rubellius Blandus. Homo incircumspecte, an nescis ple-  
rosque filiorum cognomine à patribus diuersos fuisse,  
hoc euo? Taciti vna aut altera pagina tibi testis. In  
Iuuenali ergo corrige, Sat. VIII.

tecum est mihi sermo Rubelli  
Plaute, tumes alto Drusorum sanguine.

Suetonius qui A Plancium quemdam iuuenem no-  
minat, non tibi imponet: alius est ab isto, vt dicam

lib. XIV. vbi de morte huius Plauti. Quod ait Tacitus  
pari eum gradu à Diuo Augusto fuisse ac Neronem:  
id clarum. Rubellius Blandus maritus Iulie Drusi filie  
fuit. ex ijs genitus hic Rubellius Plautus. Tabulam  
nostram adi.

60. ATIMETO DOMITIÆ.] Aetas non abnuuit,  
quin sit ille libertus, de quo hodie inscriptio in adibus  
Cæsiorum, ATIMETVS. PAMPHILI. TI. CÆSA- C  
RIS. AVG. L. L. ANTEROTIANVS. cum  
carmine Romano Græcoq. in mortem Homonæe coniu-  
gis. E domo enim Pamphili Tiberiani liberti transire  
ad hanc Domitiam potuit. De eodem fortasse Scribo-  
nij Largi locus est, sed vitiat, cap. CXIX. Cassij  
medici, inquit, colice bona, multis nota propter  
effectus, vera hæc est: vt ab eius seruo Atimeto  
accepi, legato Tiberij Cæsaris. Quomodo enim  
seruus legatus Cæsaris sit? Scribam, legato Tiberio  
Cæsari. hac mente, vt à Cassio moriente legatum re-  
lictus sit Tiberio.

61. LVSVS PRINCIPIS INTENDERE.] Nec ma-  
lè, luxus.

62. FABIVS RVSTICVS.] Historias eorum tem-  
porum scripsit: de quo elogium nostri, in Agricolâ:  
Liuus veterum, Fabius Rusticus recentium  
eloquentissimi scriptores.

63. AD CÆCINAM THVSCVM CODICILLOS.] Be- D  
nè & ad ritum eius cui, Codicillos. Nam officia omnia  
administrationesq. dari à Principe moris, in codicillis.  
Tacitus in Agricolâ: Credidère plerique missum  
è secretioribus ministerijs libertum, codicillos  
quibus ei Syria dabatur, tulisse. Sidonius l. i. Epist.  
Vacante aulâ turbatâque repub. solus inuentus  
est, qui ad Gallias administrandas fascibus prius  
quàm codicillis ausus accingi, &c. Ingerit idem  
non coniuuenti lectori Suetonius Claud. capite XXIX.  
Suppositos aut etiam palam immutatos dato-  
rum officiorum codicillos. Et Arrian. lib. III. Dif-  
fert, Ἀλλὰ καὶ κατὰ εἶμι τῶν Ἑλλήνων. Οἷός τις κελ-  
νειν, τί σε ἐποιοῦσεν εἰδέναι; Καίσαρ μοι κωδὶκελλοῦ  
ἐγγράφε. Γεγραφέτω σοὶ ἵνα κατὰ πρὸς τῶν νοσητῶν, καὶ  
τί σοι ὄφελος; Zeno Imp. lib. i. C. Vt omnes iudices:

Aut

**A** Senecæ dignationem Burrho retentam. <sup>64</sup> Plinius & <sup>65</sup> Cluius nihil dubitatum de fide præfecti referunt. sanè Fabius inclinât ad laudes Senecæ, cuius amicitia floruit. Nos consensum auctorum secuturi, quæ diuersa prodiderint, sub nominibus ipsorum trademus. Nero trepidus, & interficiendæ matris audus, non prius differri potuit, quàm Burrhus necem eius promitteret, si facinoris coargueretur. *Sed cuicumque, nedum parenti defensionem tribuendam. nec accusatores adesse, <sup>66</sup> sed vocem vnus ex inimicâ domo afferri.*

*In eadem matris imminet.*

<sup>67</sup> Refutare tenebras, & vigilatam conuiuio noctem, omniaque temeritati & inscitia propiora.

Sic lenito Principis metu & luce ortâ, itur ad Agrippinam vt nosceret obiecta dissolueretque, vel pœnas lueret. Burrhus ijs mandatis, Senecâ coram, fungebatur. Aderant & ex libertis, arbitri sermonis. Deinde à Burrho, postquam crimina & auctores exposuit, minaciter actum. Agrippina ferocia memor. *Non miror, inquit, Silanam numquam edito partu, matrum affectus ignotos habere. Neque enim perinde à parentibus liberi, quàm ab impudicâ adulteri, mutantur. Nec si Iturius & Caluisius adesis omnibus fortunis, nouissimam suscipienda accusationis operam anui rependunt; idè aut mihi infamia parricidij, aut Cesari conscientia subeunda est. nam Domitia inimicitijs gratias agerem, si beniuolentiâ mecum in Neronem meum certaret. Nunc per concubinum Atimetum, & histrionem Paridem, quasi scenæ fabulas componit. Baiarum suarum piscinas excolebat, cum meis consilijs adoptio, & proconsulare ius, & designatio consulatus, & cetera adipiscendo imperio præpararentur. Aut existat qui cohortes in vrbe tentatas, qui prouinciarum fidem labefactatam, denique seruos vel libertos ad scelus corruptos arguat. <sup>68</sup> Viuere ego Britannico potente rerum poteram: at si Plautus aut quis alius Remp. iudicaturus obtinuerit; desunt scilicet mihi accusatores, qui non verba impatientiâ caritatis aliquando incauta, sed ea crimina obijciant, quibus nisi à filio mater absolui non possim. Commotis qui aderant, vtroque spiritus eius mitigantibus, colloquium filij exposcit. Vbi nihil pro innocentia <sup>69</sup> quasi diffideret, nec beneficijs quasi exprobraret, differuit, sed vltionem in delatores & præmia amicis obtinuit. Præfectura annonæ <sup>70</sup> Senio Ruffo, <sup>71</sup> cura*

*Cap. 21. Coercetur à Burrho.*

*Agrippina serid se putat.*

*Filium ipsa conuenit.*

*Placatur, & placatur. Cap. 22.*

**C** Aut codicilli alterius administrationis oblatis. *De Dignitat.* Iudices qui se furtis & sceleribus fuerunt maculasse conuicti, ablatis codicillorum insignibus & honore exuti, &c. *Lampridium verè interpretemur ex istis, in Alexandro: Pontificatus & Quindecimuiratus & Auguratus codicillares fecit, ita vt in Sedatum allegerentur. Codicillares, id est, tribuit eos ipse per codicillos: cum antea cooptari à collegis, partim à plebe solerent. De hisdem codicillis interpretor Suetonij locum Tib. cap. XLII. Alteri Syriam prouinciam, alteri præfecturam vrbis confestim detulit, codicillis quoque iocundissimos & omnium horarum amicos professus. Cecina Tuscus quem hic nominat, est ille qui postea Præf. Aegypti à Nerone relegatus est. Suet. c. XXXV. Tuscum nutricis filium relegauit, quod in pro-  
**D** curatione Aegypti balneis in aduentum suum exstructis lauisset. Dionem corrige: *Τὶ δὲ ἐπὶ Κί-  
ραν Τέρον ὑπερφέρεται, ὅτι τῆς Αἰγύπτου ἀρχῶν  
ἐλάσαστο ἐν τῷ βαλαρείῳ ὁμοίῳ ὡς καὶ εἰς τὴν Ἀλε-  
ξανδρείαν ἤγοντο, ἐποίησεν. & scribe, τὶ δὲ ἐπὶ Κανίαν.  
Superfuit tamen Neroni, & nominat iterum noster libro III. Histor. Apud Cæcinam Tuscum epulari multos, præcipuum honore Iunium Blæsum, nuntiatur.**

mo, sicut in rebus eius exposuimus. *Et cap. LIII. Amnes retrò fluere & nostra vidit ætas, Neronis principis supremis, sicut in rebus eius retulimus. Credo autem scripsisse Aufidium à bellis civilibus ad res Claudij aut paullum infra. Certè vixit eâ ætate, & viri optimi (ita appellat) constantiam in lentâ morte Seneca describit epist. xxx. Citantur bina eius fragmenta in Suasoria pro Cicerone.*

<sup>65</sup> CLVIVS.] *Non, Cluius. Est Cluius ille Rufus, vir consularis, qui huius inferiorisq. ætatis historiam scripsit. Plinius lib. VIII. Ita secum aliquando Cluium locutum, Scis Virgini, quæ historiæ fides debeat: proinde, siquid in historijs meis legis aliter ac velles, rogo ignoscas. Emenda Plutarchum in Othone, apud quem sub initium malè Κλαύδιος Πέτρος scriptum & versum. Nominat aliquoties noster, & Sueton.*

<sup>66</sup> SED VOCEM VNVS EX INIMICA DOMO.] *Hesito num scrib. vocem mimi ex mimicâ domo. De Paride enim: & fatalis quidam librariorum in ijs vocibus error.*

<sup>67</sup> REFUTARE TENEBRAS.] *Heret sententia: quam explicari posse puto, si legas, Reputaret tenebras.*

<sup>68</sup> VIVERE EGO BRITANNICO.] *Lege notâ interrogandi, Viuere e. B. p. r. poteram? Sequentia scripserim, remp. iudicaturusve obtinuerit. id est, si Plautus rerum, iudiciorumve potiretur. Rodolphus legit, remp. inuasurus.*

<sup>69</sup> QVASI DIFFIDERET.] *Rodolphus adnotauit, quasi defenderet.*

<sup>70</sup> SENIO RUFFO.] *Fenius illi nomen: atque ita semper infra.*

71 cura ludorum qui à Cæsare parabantur Arruntio Stellæ, 72 Ægyptus C. Balbillo A  
 permittuntur. 73 Syria P. Anteio destinata, & varijs mox artibus illusus, ad postremum  
 in vrbe retentus est. At Silana in exsilium acta. Caluissius quoque & Ituritus relegantur.  
 De Atimeto supplicium sumtum, validiore apud libidines Principis Paride, quàm vt  
 pœnâ afficeretur. Plautus ad præsens silentio transmissus est. Deferuntur dehinc consen-  
 sisse Pallas, ac Burrhus, vt Cornelius Sulla claritudine generis, & affinitate Claudij, cui  
 per nuptias Antonia, gener erat, ad imperium vocaretur. Eius accusationis auctor exsti-  
 tit Pætus quidam, exercendis apud ærarium sèctionibus famosus, & tum vanitatis ma-  
 nifestus. Nec tam grata Pallantis innocentia, quàm grauis superbia fuit. quippe nomi-  
 natis libertis eius, quos conscios haberet, respondit, nihil vñquam se domi, nisi nutu aut  
 manu significasse, vel si plura demonstranda essent scripto vsum, ne vocem consociaret.  
 Burrhus quamuis reus, inter iudices sententiam dixit. Exsiliumque accusatori irroga-  
 tum, & tabulæ exustæ sunt, quibus oblitterata ærarij monumenta retrahebat. Fine anni  
 74 statio cohortis assidere ludis solita, demouetur, quo maior species libertatis esset; vt-  
 que miles theatri licentiæ non permixtus, incorruptior ageret, & plebs daret experi-  
 mentum, an amotis custodibus, modestiam retineret. Urbem Princeps lustrauit è re-  
 sponso haruspicum, quòd Iouis ac Mineruæ ædes de cælo tactæ erant. 75 Q. Volusio,  
 P. Scipione Coss. otium foris, fœda domi lasciuiæ, quâ Nero itinera vrbis, & lupana-  
 ria, & diuerticula, veste seruili in dissimulationem sui compositus pererrabat, comitan-  
 tibus qui raperent ad venditionem exposita, & obuijs vulnera inferrent, aduersus igno-  
 ros adeò, vt ipse quoque acciperet ictus, 76 & ore præferret. Deinde vbi Cæsarem esse  
 qui grassaretur pernotuit, augebanturque iniuriæ aduersus viros 77 feminasque in-  
 signes, & quidam simili licentiâ sub nomine Neronis, 78 multi proprijs cum globis  
 eadem exercebant, & 79 in modum captiuitatis nox agebatur. 80 Iulius quidam Mon-  
 tanus senatorij ordinis, 81 sed qui nondum honorem capeisset, congressus fortè per  
 tenebras cum Principe, quia vim tentantem acriter repulerat, deinde agnitum orauerat,  
 quasi exprobrasset, mori adactus est. Nero autem metuentior in posterum, milites  
 sibi, & plerosque gladiatorum circumdedit, qui rixarum initia modica, & quasi pri-  
 uata

Accusatores  
 eius variè  
 puniti.

Cap. 23.  
 Pallas, &  
 Burrhus,  
 delati.

Illius con-  
 temptivæ  
 superbia.

Cap. 24.  
 Miles à  
 theatro  
 remotus.

Cap. 25.  
 A. V. C.  
 CCMLX.  
 Neronis  
 nocturna  
 lasciuiæ.

Quam vul-  
 go imitati:  
 Iulius Mon-  
 tanus infeli-  
 citer.

71. CVRA LVDORVM ARRVTIO STELLÆ.] Inter dignitates ergo ea res fuit. sic libro XI. Sulpicius Rufus ludi procurator. In lapide prisco Tibure: CVRAT. MVNERIS. PVBLICI. GLADIATORI. Apud Sueton. Cal. cap. XXVII. Curator munerum ac venationum.

72. ÆGYPTVS C. BALBILLO.] De hoc Seneca l. IV. Nat. Quæst. cap. II. Balbillus virorum optimus, in omni litterarum genere rarissimus, auctor est cum ipse Præfectus obtineret Ægyptum, &c. etsi malè vulgò, Babillus. Corruptum & in Plinio idem nomen, l. XIX. proæmio. Galerius à freto Siciliae Alexandriam septimâ die peruënit, Babilius sextâ, ambo Præfecti. scribe, Balbillus. In lapidibus nominatur quidam, TI. IVLIVS. BABILLVS. SACERDOS. SOLIS.

73. SYRIA P. ANTEIO.] Ineptè vulgò, Pantello. errore duplici. Coniectura nostra certò firmatur è Taciti XVI. Simul annuam pecuniam à P. Anteio ministrari cognoscit; neque nescium habebat Anteium caritate Agrippinæ inuisum Neroni.

74. STATIO COHORTIS.] Non repeto quæ scripsi Epistolic. libro III. Epistolâ XVIII.

75. Q. VOLVSIO, P. SCIPIONE.] Ita mei libri, idq. Fasti comprobant, Lapis Neapoli,

Q. VOLVSIO. SATVRN.  
 P. CORNELIO. SCIP. COS.  
 AVGVSTALES

QVI. NERONI. CLAVDIO  
 CÆSARI. AVGVST. ET  
 AGRIPPINÆ. AVGVSTÆ  
 I. O. M. ET. GENIO. COLONIAE.  
 LVDOS. FECERVNT. XIII. XII. K. MART.  
 Nominat & Phlegon in Admirandis, 2. Volusium  
 P. Scipionem coss.

76. ET ORE PRÆFERRET.] Vera lectio. Beatus Maurusq. frustra adlaborant in scripturâ codicis Budensis: quem ex hoc alijsq. locis scias fuisse non optime nota. Legunt tamen illi, & ore se Cæsarem præferret. Ineptè. Hoc noster voluit clarè, excepisse eum ab ignavis ictus, & lasâ facie prætulisse. Plinius D l. XIII. de Thapsiâ: Nero Cæsar claritatem ei dedit initio imperij, nocturnis grassationibus conuerberatam faciem illinens sibi cum thure ceraque, & secuto die contra famam cutem sinceram circumferens.

77. FEMINASQVE INSIGNES.] Farn. illustres.

78. MVLTIV PROPRIIS.] Melius, inulti.

79. IN MODVM CAPTIVITATIS.] Diuino scribend. in modum captæ ciuitatis. Ea enim facies potius, quàm carceris custodieve.

80. IVLIVS QVIDAM MONTANVS.] Si memoria mihi firma, poeta quidam eo nomine apud Senecam patrem laudatur.

81. SED QVI NONDVM HONOREM.] Suetonius

**A** uata finerent. si à læsis validius ageretur, arma inferebant. Ludicram quoque licentiam, & fautores histrionum velut in prælia conuertit, impunitate & præmijs; atque ipse occultus, & plerumque coram prospectans: donec discordi populo, & grauioris motus terrore, non aliud remedium repertum est, quam vt histriones Italiâ pellerentur, milesque theatro rursus affideret. Per idem tempus actum in senatu de fraudibus libertorum, efflagitatumque vt aduersus malè meritos, <sup>82</sup> reuocandæ libertatis ius patronis daretur. Nec deerant qui censerent. Sed consules relationem incipere non ausi ignaro Principe, <sup>83</sup> perscribere tamen consensum senatus. Ille auctor constitutionis fieret, vt inter paucos & sententiæ aduersos, quibusdam coalitam libertate irreuerentiam eò prorupisse frementibus, <sup>84</sup> *Vi an æquo cum patronis iure agerent, sententiam eorum consultarent, an verberibus manus vltro intenderent, impellerentve pœnam suam dissuadentes. Quid enim aliud* <sup>85</sup> læso patrono concessum, quam vt dicesimum vltra lapidem, in oram Campania libertum releget? Ceteras actiones promiscuas & pares esse. Tribuendum aliquod telum quod sperni nequeat. Nec graue manumissis, per idem obsequium retinendi libertatem, per quod assecuti sint. Ac criminum manifestos, meritò ad seruitutem retrahi, vt metu coërceantur, quos beneficia non mutauissent. Disserebatur contra. Paucorum culpam ipsis exitiosam esse debere. nihil vniuersorum iuri derogandum. quippe latè fuscum id corpus. Hinc \* plerumque tribus, <sup>86</sup> decurias, <sup>87</sup> mini-

Miles iterum in theatrum reductus. Cap. 26. De ingratia libertis delibatio:

Contra eos dictum:

Cap. 27. Pro his dictum. \* plerumque

<sup>87</sup> mini-

nus Laticlauium vocat: tu scito. Ante & sub hoc auum mos, vt liberi Senatorum, lato clauo induerentur vnà cum virili togâ, Curiaq; interessent. Ab Augusto institutum, qui Liberis Senatorum, quò celerius reip. adfuescerent, protinus virili togæ latum clauum inducere, & Curia interesse permisit. A quo more Ouidius:

**C** Liberior fratri sumpta, mihiq; toga est: Induiturq; humeris cum lato purpura clauo. Idem ergo Laticlauij: ydem capefendis honoribus destinati. Noster libro XIV. Valerius Fabianus capefendis honoribus destinatus. Staius III. Siluarum: Notus adhuc tantum maioris munere clauij. Alij sunt Tribuni laticlauij, de quibus hæc non capio. Iulius ergo Montanus Senatorij quidem loci, sed qui magistratum adhuc nullum cepisset, & tantum laticlauus.

82. REVOCAÑDÆ LIBERTATIS IVS.] Non ergo ratum \* Claudij iudicium qui Ingratos & de quibus patroni quererentur, reuocauit in seruitutem: Sueton. cap. XXV. In quo Claudius exemplum Atheniensium secutus videri potest, apud quos conuictus à patrono libertus ingratus, iure libertatis exiuit, ait Valerius l. II. cap. VI. & Plutarch. in Solone: Iudicauit ergo quidem ita Claudius, sed in legibus & more Romano aliud fuit, vti audiemus.

**D** 83. PERSCRIPERE TAMEN CONSENSVM.] Puto leg. interpungendumq; , Perscribere tamen consensum Senatus illi, an auctor constitutionis fieret, vt inter paucos & sententiæ diuersos. Firmant illa Taciti l. XIV. At Consules perficere Senatus decretum non ausi, de consensu scripsere Cæsari.

84. VI AN ÆQUO CVM PATRONIS.] Occisus locus, ita viuam & sentiam ego. Ecce tamen Vespillones aliquot (non enim medicos) ad hoc funus. Est qui legit. Vi an æquo cum patronis iure agerent, sententiam eorum confutarent, ac verberibus vltro manus intenderent, implere vel pœnam suam dissuadentes. Alius, vt ne æquo cum p.i.a.f.e. conculcarent: ac v. v. m. intenderent, implerentve p.f.d. Parcite boni viri; non vos, non ego restituemus

sine libris, à quibus nihil hic iuuor. Ludibria tamen mea hæc: vt iam nec æquo cum patronis iure agerent. Sententia eorum consultari, an verberibus manus vltro intenderent, impunè vel pœnam fuetam dissuadentes. Ad manuum intentionem facit aliquid locus è l. III. Annal. Liberti que etiam ac serui, patrono vel domino, cum voces cum manus intentarent, vltro metuebantur.

85. LÆSO PATRONO CONCESSVM.] Quando id aut quâ lege, patrono concessum, querimus. Suspicio esse ab Augusto, qui vt Dio ait, l. LV. constituit τὰ δικαίωματα οἷς οἱτε ἄλλοι πρὸς τὰς ἐλευθεροῦντες, ἢ αὐτοὶ οἱ δεσπῶται σφῶν ἡνῶμενοι χρῆσιντο. id est, iura, quibus erga libertos cum alij, tum ipsi patroni vterentur. Et relegatio quidem est ab exemplis aui prisca. Vt enim patres olim filios rus relegabant pœne & molestie causâ, (vti Roscius Amerinns, vti Torquatus à patribus relegati leguntur:) sic patronis relegandi libertos ius nunc tribuit siue quis alius, siue Augustus. Sed in numero numqua ratio? & cur non vltra XX. lapidem? Nihil reperio. Præfectus quidem vrbi intra centesimum lapidem cognoscebat: vltra, Præfectus Prætorio: vt notat Vlpianus in fragm. Pythæanis l. IX. de offic. procons. Eoq; exemplo Seuerus Imp. Prætorianos milites vltra centesimum lapidem abesse ab vrbe iussit, apud Herodianum l. II. Et Prosper Aquitanus de Symmacho: quem, cum Aram Victoria restitui postulasset; iratus Princeps statim à suis aspectibus pulsum in centesimo lapide, rhedæ non stratae impositum, eâ die manere præcepit. Dio tamen libro LII. vbi de Præfecto vrbis, iurisdictionem eius angustius terminat, ἕξω τῆς πόλεως μέχρι πεντήκοντα ἢ ἑξακοσίων σταδίων: ea essent milliaria circiter LXXXVII. nisi in Dione rescribendum sit, ἑξακοσίων: quod puto. Sanè ad Præf. vrbis pertinuisse, audire patronos querentes de libertis, ex Vlpiano clarum l. I. de off. Præf. vrbis. Sed Tacitus patrono ipsi hanc relegationem, vt apparet, tribuit: nec tamen videtur usurpari potuisse, sine auctoritate maiori.

\* Adde his l. v. De iure patro. vbi Strabonius de hac Claudij constitutione.

\* Tit. de plagiaris & l. I. de off. Præf. vrbis,

86. DECURIAS.] Iudiciumne decurias intelligit, an potius scribarum? Puto, scribarum. Qui ordo latè

<sup>87</sup> ministeria magistratibus & sacerdotibus, <sup>88</sup> cohortes etiam in urbe conscriptas. & plurimis A equitum, plerisque senatoribus, non aliunde originem trahi. Si separentur libertini, manifestam fore penuriam ingenuorum: non frustra maiores cum dignitatem ordinum diuiderent, libertatem in communi posuisse. Quin & <sup>89</sup> manumittendi duas species institutas, ut relinqueretur <sup>90</sup> pœnitentiæ aut nouo beneficio locus. Quos vindictâ patronus non liberauerit; velut vinculo seruitutis attineri. Dispiceret quisque merita, tardeque concederet, quod datum non adimeretur. Hæc sententia valuit. Scripsitque Cæsar senatui, priuatim expenderent causam libertorum, quoties à patronis arguerentur: in commune nihil derogent. Nec multò post, <sup>91</sup> ereptus amitæ libertus Paris, quasi iure ciuili; non sine infamiâ Principis, cuius iussu perpetratum ingenuitatis iudicium erat. Manebat nihilominus quædam imago Reip. Nam inter Vibullium prætorem & plebei tribunum Antistium ortum certamen, quod immodestos fautores histrionum, & à prætore in vincula ductos, tribunus omitti iussisset. comprobauere patres, inculatâ Antistij licentiâ. Simul <sup>92</sup> prohibiti tribuni ius prætorum & consulum præripere, aut vocare ex Italiâ cum quibus lege agi posset. Addidit B L. Piso designatus consul, ne quid intra domum pro potestate animaduernerent: néve multam ab ijs dictam, quæstores ærarij in publicas tabulas ante quatuor menses referrent: medio temporis contradicere liceret. deque eo consules statuerent. Cohibita artius & ædilium potestas, statutumque quantum curules, quantum plebei pignoris caperent, vel pœnæ irrogarent. Eò Heluidius Priscus tribunus plebis aduersus Obultronium Sabinum ærarij quæstorem contentiones proprias exercuit, tamquam ius hastæ aduersus inopes inclementer \* augetet. Dein Princeps curam tabularum publicarum à quæstoribus ad præfectos transtulit. <sup>93</sup> Variè habita, ac sæpè immutata eius rei forma. Nam

Et hi obtinere.

Paris ingenuus iudicatus.

Cap. 28.

Ius tribuniciam coercitum.

Item Ædiliam.

\* augetet.

Cap. 29.

latè fufus Roma, & non inhonestus. Liberti autem ordinem eum pretio certo emebant, uti è Cicerone haurias III. l. in Verrem: Ad eos me scribas reuoca: noli hos colligere, qui nummulis erogatis de nepotum donis ac scenicorum corollaris, cum decuriam emerunt, ex primo ordine expulsum in secundum ordinem ciuitatis se venisse dicunt. Et paullo post, de iisdem: Mirabimur turpes aliquos esse in eo ordine, quò cuius pretio licet peruenire? Scriba ij diuisi per decurias. Sueton. in Claudio c. 1. Corpus eius per municipiorum coloniarumque primores, suscipientibus obuijs scribarum decurijs, ad urbem deuectum. Reperiesq; sparsim Quæstorios scribas, Ædilitios, Prætorios, item scribas ærarij, Portorij, &c.

\* Hæ sunt iterationes, quarum mentio Iustin. Nouell. LXXVIII.

87. MINISTERIA MAGISTRATIBVS.] Lictores, viatores, præcones, calatores, præcias.

88. COHORTES ETIAM IN VRBE.] Cohortes vigilum, quæ scriptæ primò ex milite libertino. Strabo. lib. V. Dio XLVIII.

89. MANUMITTENDI DVAS SPECIES.] Libertas duplex, Iusta, Non Iusta. Iusta quæ vindictâ, censu, testamento data: Non iusta, quæ inter amicos, in conuiuio, per epistolam. Seneca De vitâ beatâ, cap. XXIV. Hominibus prodesse natura iubet, serui liberive sint, ingenui an libertini; iustæ libertatis an inter amicos datæ. Rectèq; libri veteres aliquot Suetonij Aug. cap. XL. Seruos non contentus multis difficultatibus à libertate, multoque pluribus à libertate iustâ remouisse. Iustâ illâ qui manumissi, planè pleneq; liberi: qui alterâ, vinclo adhuc quodam, ut Tacitus ait, atinebantur seruitutis. Imò retrahi poterant in seruitutem. Fragmentum quoddam Ic. veteris à Puteano. Hi qui domini voluntate in libertate erant, manebant serui: & manumissores

audebant in seruitute denuò eos per vim ducere. Interueniebat Prætor, & non permittebat manumissum seruire. & addit post: Sed nunc habent propriam libertatem qui inter amicos manumittuntur, & fiunt Latini Iuniani. Scitè ergò ob hunc \* iterata seruitutis metum Messenio seruus apud Plautum, qui inter amicos manumissus subiicit,

Sed meliore est opus auspicio, liber perpetuò vt siem.

90. POENITENTIÆ, AVT NOVO BENEFICIO.] Pœnitentiæ, ut retraheres in seruitutem: beneficio, ut vindictâ liberares. Ita apud Plinium l. VII. epist. Facile deflectet ad te, si voles vindictâ liberare, quos proximè inter amicos manumissisti.

91. EREPTVS AMITÆ LIBERTVS.] Zamiam ergo aliquam in nos molitus Vlpianus, cum scripsit l. III. De condict. cau. datâ: Neratius etiam libro Membranarum refert, Paridem Pantomimum à Domitiâ Neronis filiâ, decem quæ ei pro libertate dederat, repetisse per iudicem. filiamq; eam Neroni fecit, quæ est amitæ, magnâ suâ librarij ve culpâ. Sed librarium id peccasse, clementius est: scribendumq; Neronis amitâ: aut potiùs Neronis consilio. quod firmat Tacitus, qui Neronis iussu patratum id ingenuitatis iudicium ait.

92. PROHIBITI TRIBVNI.] Non mirum. Quippe qui nec Romæ vocationem habuerint, auctore Varrone: cuius verba in A. Gellij Noct. l. XIII. cap. XII. in Italiâ multò minùs, quippe cum potestas eorum urbis dumtaxat finibus terminaretur. Vide Dionys. lib. VIII.

93. VARIE HABITA, AC SÆPÈ IMMVTATA.] Quam varietatem breuiter exposui, cum temporum luce, in EXCVRS. B. Illinc ad variam Taciti, plures locos pete.

94. AMI-

**A** Nam Augustus permisit senatui diligere præfectos. dein ambitu suffragiorum suspecto, forte ducebantur ex numero prætorum qui præessent. Neque id diu mansit, quia fors deerrabat ad parum idoneos. Tunc Claudius quaestores rursus imposuit, iisque ne metu offensionum segnè consulere, extra ordinem honores permisit. Sed deerat robur ætatis eum primum magistratum capebantibus. Igitur Nero \* præfecturam perfunctos, & \* prætura experientiam probatos dilegit. Damnatu isdem consulibus Vipfanius Lenas, ob Sardiniam provinciam avarè habitam. Absolutus Cestius Proculus repetundarum, cedentibus accusatoribus. Clodius Quirinalis, quod præfectus remigum qui Ravennæ haberentur, velut infimam nationum, Italiam luxuriâ sævitiaque afflictavisset, veneno damnationem anteuertit. <sup>94</sup> Aminius Rebius ex primoribus peritiâ legum, & pecuniæ magnitudine, cruciatus agræ senectæ misso per venas sanguine effugit: haut creditus sufficere ad constantiam sumendæ mortis, ob libidines muliebriter infamis. At <sup>95</sup> L. Volusius egregiâ famâ concessit, cui tres & nonaginta anni spatium viuendi, præcipueque operibus bonis artibus, inoffensa tot Imperatorum malitia fuit. Nerone secundum, L. Pilone consulibus, pauca memoriâ digna euenere. nisi cui libeat, laudandis fundamentis & trabibus, quibus <sup>96</sup> molem amphitheatri apud campum Martis Cæsar extruxerat, volumina implere: cum ex dignitate populi Romani repertum sit, res illustres annalibus, talia diurnis vrbis actis mandare. Ceterum coloniæ Capua atque Nuceria, additis veteranis, firmatæ sunt. plebei que congiarium <sup>97</sup> quadragennum viritum dati, & festerium quadringentes ærario illatum est ad retinendam populi fidem. <sup>98</sup> Vectigal quoque quintæ & vicesimæ venalium mancipiorum remissum, specie magis quam vi. quia cum venditor pendere iuberetur, in partem pretij emptoribus accrescebat. Edixit Cæsar, ne quis magistratus, aut procurator qui provinciam obtineret, spectaculum gladiatorum, aut ferarum, aut quod aliud ludicrum ederet. Nam antè non minùs tali largitione, quam corripendis pecunijs, subiectos affligebant; dum quæ libidine deliquerant, ambitu propugnant. <sup>99</sup> Factum & S. consultum vltioni iuxta & securitati, vt si quis a suis seruis interfectus esset, ij quoque qui testamento manumissi sub eodem tecto mansissent, inter seruos supplicia penderent. Redditur ordini Lusius Varius consularis,

De præfectis  
ærarij varia  
tio.

\* prætura  
Cap. 30.

L. Volusij  
mors & opes.

Cap. 31.  
A. V. C.  
DCCCX.  
Amphitheatrum  
Neronianum.

Edictum, ne  
Præfides ludos  
ederent.

Cap. 32.  
Vita domini  
ca consultu.

aua-

94. AMINIUS REBIUS.] *Libri vet. C. Aminius. nescio an, Caninius Rebilus. Certè (& dolco) ignotus mihi, quicumque hic laudatus Iurisconsultus.*

95. L. VOLVSIVS.] *De huius senio Plinius l. VII. Nuper L. Volusius Saturninus omnium quos in consulatu sententiam rogauerat superstes fuit. Præfectum eum vrbi fuisse colligas ex altero Plinij loco: Nuper L. Volusio Saturnino in Præfecturâ vrbis extindo, notum, è Corneliâ Scipionum gentis, \* Volusium Saturninum, qui fuit Consul, genitum post LXII. annum. Et de diuitijs eius, Tacitus l. XIV. Et quantum Volusio longa parcimonia quæsiuit, tantum in te mea liberalitas explere non potest. Sed & tota Volusiorum domus diues. Tacitus Annal. III. Volusio vetus familia, neque tamen Præturam egressa. ipse consulatum intulit, opumque quis domus illa immensum viguit, primus accumulator.*

96. MOLEM AMPHITEATRI.] *Quod totum è ligno struxit, Sueton. cap. XII. Vide librum nostrum, si placet, De Amphiteatro.*

97. QUADRAGENI NUMMI.] *Illiberalis liberalitas. Corrigo, quadringeni: & do auctorem Suetonium cap. X. Diuisis populo viritum quadringenis nummis, Senatorum nobilissimo cuique, &c.*

98. VECTIGAL QVOQUE QVINTÆ ET VICE-

SIMÆ.] *Ampla populi Rom. vectigalia: nullum, censeo, amplius eo quod è seruis, libertisq. Rem eam paullo vberius à capite mihi tractanti, aut gratia, aut venia esto. Antiquissimum vectigal Vicesima reperio, quæ ad libertos. Institutum anno vrbis CCCXCVII. C. Marcio Cn. Manlio Coss. Linius lib. VII. Ab altero Consule (Cn. Manlio) nihil memorabile gestum, nisi quod legem nouo exemplo ad Sutrium in castris tributum, de Vicesimâ eorum qui manumitterentur, tulit. Patres, quia eâ lege haud paruum vectigal inopi ærario additum esset, auctores fuerunt. Ea vicesima semper exhibere exercita, ad tempora Principum inferiorum. Itaque non infrequens memoria in libris. Ab hac aurum Vicesimarium deriuo, quod in sanctiore ærario: de quo Linius lib. XXVII. Consulibus aurum Vicesimarium, quod in sanctiore ærario ad vltimos casus seruaretur, promi placuit. Plura ad hoc vectigal, in EXCVRS. C. & quæ ad Tacitum faciunt. Vide.*

99. FACTVM SC.] *Quod Pisonianum dictum, in l. Senatus. De Sc. Silan. & Neronianum à Paulo, lib. III. Sentent. Certè conditum vulgatumq. est, Nerone II. & Pisono Coss. Latum eâ de re & antea sub Augusto, P. Cornelio Dolabellâ, & C. Silano Coss. vnde nomen Sc. Siliani: sed minùs plenè. Dixerunt plura ante me, Vertranus hoc loco, & I. Cuiacius, l. Obseru. cap. XVIII.*

\* Intellegit  
Plinius Q.  
Volusiu, qui  
Cof. anno  
DCCCIX.



Pomponia  
Gracina.

Cap. 33.  
P. Celer ac-  
cusatur.

Et Cossutia-  
nus Capito.

Eprius Mar-  
cellus.

Cap. 34.

A. V. C.

DCCCXI.

Messalla

consulatus,

& laus.

Neronis libe-

ralitas in

illustres.

In Armeniâ,

& pro eâ,

bellum.

\* illud.

Cap. 35.

Corbulo

militem

disciplinâ

firmat.

Certè defi-

dem.

avaritiæ criminibus olim perculsus. Et <sup>100</sup> Pomponia Græcina insignis femina Plau- A  
tio, qui ouans se de Britannijs retulit, nupta, ac <sup>101</sup> superstitionis externæ rea, mariti iu-  
dicio permessa. Isque prisco instituto, propinquis coram, de capite fama que coniugis  
cognouit, & infontem nuntiauit. Longa huic Pomponiæ ætas, & continua tristitia fuit.  
Nam <sup>102</sup> post Iuliam Drusi filiam, dolo Messallinæ interfectam, <sup>103</sup> per quadraginta  
annos, non cultu nisi lugubri, non animo nisi mæsto egit. Idque illi imperitante Clau-  
dio impune, mox ad gloriam vertit. Idem annus plures reos habuit. quorum P. Cele-  
rem, accusante Asiâ, quia absolueret nequibat Cæsar, traxit, senectâ donec mortem obi-  
ret. Nam Celer interfecto, vt memorauit, Silano proconsule, magnitudine sceleris cete-  
ra flagitia obtegebat. <sup>104</sup> Cossutianum Capitonem Cilices detulerant, maculosum fœ-  
dumque, & idem ius audaciæ in prouinciâ ratum, quod in vrbe exercuerat. Sed peruicaci  
accusatione conflictatus, postremò defensionem omisit, ac lege repetundarum dam-  
natus est. Pro Eprio Marcello, à quo Lycij res repetebant, eò vsque ambitus præua-  
luit, vt quidam accusatorum eius exsilio multarentur, tamquam infonti periculum B  
fecissent. Nerone tertium consule simul iniit consulatum Valerius Messalla, <sup>105</sup> cuius  
proauum oratorem Coruinum, diuo Augusto abauo Neronis, collegam in eo magi-  
stratu fuisse pauci iam senum meminerant. sed nobili familiæ honor auctus est, oblati  
<sup>106</sup> in singulos annos quingenis sestertijs, quibus Messalla paupertatem innoxiam susten-  
taret. Aurelio quoque Cottæ & Haterio Antonino annuam pecuniam statuit Prin-  
ceps, quamuis per luxum <sup>107</sup> auitas opes dissipassent. Eius anni principio, mollibus ad-  
huc initijs prolaturum inter Parthos Romanosque de obtinendâ Armeniâ bellum,  
acriter sumitur: quia nec Vologeses sinebat fratrem Tiridatem dati à se regni expertem  
esse, aut alienæ id potentiæ donum habere: & Corbulo dignum magnitudine populi  
Romani rebatur, parta olim à Lucullo Pompeioque recipere. Ad hæc Armenij ambi-  
guâ fide vtraque arma invitabant, situ terrarum, similitudine morum Parthis propio-  
res, connubijsque permixti, ac libertate ignotâ \* illuc magis ad seruitium incl nantes.

Sed Corbuloni plus molis aduersus ignauiam militum, quàm contra perfidiam ho- C  
stium erat. Quippe Syriâ transnotæ legiones, pace longâ segnes, munia Romanorum  
ægerimè tolerabant, Satis constitit fuisse in eo exercitu veteranos qui non stationem,  
non vigilias inissent: vallum fossamque quasi noua & mira viderent: sine galeis, sine lo-  
ricis, nitidi & quæstuosi, militiâ per oppida expletâ. Igitur dimissis quibus senectâ, aut  
vale-

100. POMPONIA GRÆCINA.] Soror filiæve  
Pomponij Græcini qui consul sub Augusto: & ad quem  
Elegia Ouidij, IV. De Ponto.

101. SUPERSTITIONIS EXTERNÆ REA.] Chri-  
stianismi credo accusatam hanc feminam, siue, vt tunc  
confundebant, Iudæismi. Non ergo superstitionis, sed  
religionis. Etsi vniuersè fateor, genus hoc ad Ipn-  
skeiav & inanem externumque cultum, nimis pronum.

\* Lib. VII.

\* Strabo pulchrè & ex Veri adyto: Απαντες γδ τῆς  
δεισιδαιμονίας ἀρχηγῆς οἶον τὰς γυναικας. Αὐ-  
ταὶ δὲ κῆ τὲς ἀδρας ὀροκαλῆνται ὡρὸς τὰς ὀπιπλέον  
δεραπειας τῆς θεῶν, καὶ ἑορτῆς, καὶ ποτνιασμῆς.  
ἁπάντων δὲ εἶπε ἀνὴρ κατ' αὐτὸν (ὧν εὐείσθηται τοῖς  
τοῖς. Superstitionis auctores & duces esse fæminas,  
omnes opinantur. Ex enim uerò viros inuitant  
ad superuacuos nimiosque deorum cultus, & dies  
festos, & venerationes. At rarè profectò vir celebs  
& sibi viuens inuenietur talis.

102. POST IULIAM DRUSI FILIAM.] Duas enim  
Iulias Claudius sustulit, suasu siue iussu Messallinæ:  
alteram Drusi, alteram Germanici prolem. Sueton.  
cap. XXIX. & Dio LX. Seneca in Ludo.

103. PER QUADRAGINTA ANNOS.] Luctus hic,  
vt clarum, ob Iuliam interfectam. Ab eius ergo cade

quadraginta anni? Falsum. Nam ea causa paullo ante  
expeditionem Claudij in Britanniam, uti è Dione  
liquebit tibi. Scribe fide iubente me, quatuordecim  
annos. Mors enim Iulie in annum incidit urbis  
DCCXVI. à quo ad hunc Neronis consulatum iusti  
XIV. anni.

104. COSSVTIANVM CAPITONEM CILICES.]  
Hunc aut alium sui cui intellegi Iuuenalis voluit D  
Sat. VIII.

—quàm fulmine iusto  
Et Capito & Tutor ruerint damnato Senatu,  
Piratæ Cilicum.

Sed magis certò Fabius libro VI. Egregiè nobis ado-  
lescentibus dixisse accusator Cossutiani Capito-  
nis videbatur, Græcè quidem, sed in hunc sen-  
sum: Erubescit Cæsarem timere.

105. CVIVS PROAVVM ORATOREM.] Vulgò  
auctorem, pessimè.

106. IN SINGVLOS ANNOS QVINGENIS SIS-  
TERTIIS.] Hunc ergo Suetonius intellexit capite X.  
Senatorum nobilissimo cuique annua salaria, &  
quibusdam quingena constituit.

107. AVITAS OPES.] Vulgò, habitas, errore tra-  
latitio..

A valetudo aduersa erat, supplementum petiuit. Et habiti per Galatiam ac Cappadociam dilectus. Adiectaque ex Germaniâ legio cum equitibus alarijs, & peditatu cohortium: retentusque omnis exercitus sub pellibus, quamuis hieme sæuâ adeo, vt obducta glacie, nisi effossa humus, tentorijs locum non præberet. Ambusti multorum artus vi frigoris, & quidam inter excubias exanimati sunt. Annotatusque miles, qui fascem lignorum gestabat, <sup>108</sup> ita præriguisse manus, vt oneri adhærentes, truncis brachijs deciderent. Ipse cultu leui, capite intecto, in agmine, in laboribus, frequens adesse: laudem strenuis, solatium inualidis, exemplum omnibus ostendere. Dehinc quia duritiam cæli militiæque multi abnuebant, deserebantque, remedium seueritate quæsitum est. Nec enim, vt in alijs exercitibus, primum alterumque delictum venia prosequeretur, sed qui signa reliquerat, statim capite pœnas luebat. idque vsu salubre, & misericordia melius apparuit. Quippe pauciores illa castra deseruere, quam ea in quibus ignoscebatur. Interim Corbulo legionibus intra castra habitis, donec ver adoleceret, dispositisque per idoneos locos cohortibus auxiliarijs, ne pugnam <sup>109</sup> priores aditent, prædicat. Curam præfidiorum Pactio Orphito primipili honore perfuncto mandat. Is quamquam incautos Barbaros, & benè gerendæ rei casum offerri scripserat, tenere se munimentis, & maiores copias opperiri iubetur. Sed rupto imperio, postquam pauca è proximis castellis turmæ aduenerant, pugnamque imperitiâ poscebant; congressus cum hoste funditur. Et damno eius exterriti qui subsidium ferre debuerant, sua quisque in castra trepidâ fugâ rediere. Quod grauius Corbulo accepit. increpitumque Pactium, & præfectos, militesque <sup>110</sup> tendere omnes extra vallum iussit: inque eâ contumeliâ detenti, nec nisi precibus vniuersi exercitus exsoluti sunt. At Tiridates super proprias clientelas, ope Vologesi fratris adiutus, non furtim iam, sed palàm bello infensare Armeniam, quosque fidos nobis rebatur depopulari, & si copiæ contra ducerentur, eludere, <sup>111</sup> huc quoque & illuc volitans, plura famâ quam pugnâ extrahere. Igitur Corbulo, quæsito diu prælio, frustra habitus, & exemplo hostium circumferre bellum coactus, dispartit vires, vt legati præfectique diuersos locos pariter inuaderent. simul <sup>112</sup> Antiochum regem monet, proximas sibi præfecturas petere. Nam Pharasmanes interfecto filio Rhadamisto, quasi <sup>113</sup> proditore suo, quo fidem in nos testaretur, vetus aduersus Armenios odium promtius exercebat. Tunc quoque primùm illecti Isichi, gens <sup>114</sup> ante alias socia Romanis, auia Armeniæ incurfauit. Ita consilia Tiridati in contrarium vertebantur. Mittebatque oratores, qui suo Parthorumque nomine expostularent, *cur datis nuper obsidibus, redintegrataque amicitia, quæ nouis quoque beneficijs locum aperiret, veterem Armeniæ possessione depelleretur? Idèd nondum ipsum Vologesem commotum, quia causâ, quam vi agere mallet. Sin*

Ille benè excitat,

Et exemplò præst.

Seueritas eius,

Re salubris.

Cap. 36.

Vetus suos excurreret.

Qui fecerant, multat.

Cap. 37.

Tiridates palàm incurfat Armeniam.

Prælium tamen vitat. Ita copias ipse spargit.

Tiridates in metu legatos mittit.

persta-

108. ITA PRÆRIGUISSE MANVS. ] Significat ipsas manus, frigore præmortuas, vnâ cum fasce deuolutas vel abiectas. Negat aut ridet \* vir quidam scriptis & genere nobilis, olim mihi serid inter amicos.

D Atquin & Dio notat in illo tractu vim frigoris esse (libro XLIX. actis anni DCCXVIII.) & Annales Turcici, supra Trebizium, Soleimanni milites cum Parthos insequerentur, tanto frigore oppressos, vt plurimi manus pedesque amitterent. Hoc nostro aucto factum, anno .M. D. XXXV. neque igitur sic mirandum illud Taciti, aut ridendum. Scio & à gnaris similia aut maiora asseri, qui in Septemtrione fuerunt.

109. PRIORES ADIRENT, PRÆDICIT. ] Probum quod in Romano libro est, priores auderent. Vellem etiam, edicit.

110. TENDERE OMNES EXTRA VALLVM. ] Quod pœne militaris genus antiquum. Linius l. X. Cohortes quæ signa amiserant, extra vallum sine tentorijs destituit. Valerius lib. II. cap. VII. Nèue quis eo-

rum intra castra tenderet, nèue locum extra assignatum vallo aut fossâ cingeret, nèue tentorium ex pellibus haberet. Vide & Polyb. lib. VI. Sed proprie de hac ipsâ re, sic Frontinus VI. Stratagem. Domitius Corbulo in Armeniâ duas alas & tres cohortes, quæ ad castellum initio hostibus cesserant, extra vallum iussit tendere.

111. HVC QUOQUE ET ILLVC VOLITANS. ] Lego primùm, hucque & illuc. deinde, vt in libro opt. pugnâ exterret. Vera sententia, scriptioque. Nam hoc ait, Tiridatem ostendisse potius arma, quam intulisse; & plura exterruisse aduentus sui famâ, quam pugnâ.

112. ANTIOCHVM. ] Commagina regem, vt supra dictum.

113. PRODITORE SVO. ] Scribo, sui.

114. ANTE ALIAS SOCIA. ] Nostro scilicet tempore socij & fidi super alios: etsi tunc illecti. Ita postis capere, fateor: nec displicet tamen meum vetus: gens haut aliàs.

\* Michaël Montanus.

*perstaretur in bello; non desore Arfacidis virtutem fortunamque, sapius clade Romanâ expertam.* A

Corbulo sub-  
missionem  
suadet.  
Cap. 38.

De colloquio  
agitur.

In quo dolus  
Barbarus  
struit.

Romanus  
intellegit.

Qui tamen  
prodit:

Et eminus  
Tiridates.  
Sed irriti  
abunt.  
Cap. 39.

Ille Armo-  
niam ingre-  
ditur.

Castella ex-  
pugnata.

Artaxata  
ipsa aggre-  
ditur.

Ad ea Corbulo, satis comperto, Vologensem defectione Hyrcaniæ attineri, suadet Tiridati precibus Cæsarem aggredi: posse illi regnum stabile, & res incruentas contingere, si omisâ spe longinquâ & ferâ, præsentem potiolemque sequeretur. Placitum dehinc, quia comitantibus inuicem nuntijs, nihil in summâ pacis proficiebatur, colloquio ipso forum tempus locumque destinari. Mille equitum præsidium Tiridates affore sibi dicebat: quantum Corbuloni cuiusque generis militum assisteret, non statuere, dum positis loriceis & galeis, in faciem pacis veniretur. Cuicumque mortalium, nedum <sup>115</sup> veteri & prouido duci, barbaræ astutiæ patuissent. Ideò artum inde numerum finiri, & hinc maiorem afferri, vt dolus patretur. Nam equiti sagittarum vsu exercito si detecta corpora obijcerentur, nihil profuturam multitudinem. <sup>116</sup> Dissimulato tamen intellectu, rectius de his quæ in publicum consulerentur, totis exercitibus coram disertaturos respondit. Locumque dilegit, cuius pars altera colles erant clementer assurgentes, accipiendis peditum ordinibus; pars in planitiem porrigebatur, ad explicandas equitum B turmas. Dieque pacto, prior Corbulo socias cohortes & auxilia regum pro cornibus, medio sextam legionem constituit: cui accita per noctem alijs ex castris, tria millia tertianorum permiscuerat, vnâ cum aquilâ, quasi eadem legio spectaretur. Tiridates vergente iam die procul astitit, vnde videri magis quàm audiri posset. Ita sine congressu dux Romanus abscedere militem sua quemque in castra iubet. Rex siue fraudem suspectans, quia plura simul in loca ibatur; siue vt comitatus nostros Pontico mari, & Trapezunte opido aduentantes interciperet, properè discedit. Sed neque comitantibus vim facere potuit, quia per montes ducebantur præsidij nostris infessos: & Corbulo, ne irritum bellum traheretur, vtque Armenios ad sua defendenda cogeret, excindere parat castella. Sibi que quod validissimum in eâ præfectura cognomento Volandum sumit. minora Cornelio Flacco Legato, & <sup>117</sup> Isteo Capitoni castrorum præfecto mandat. Tum circumspæctis munimentis, & quæ expugnationi idonea, prouisis, hortatur milites, vt hostem vagum, neque paci aut prælio paratum, sed perfidiam & ignauiam fugâ confi- C tentem, exuerent sedibus, gloriæque pariter & prædæ consulerent. Tum quadripartito exercitu, hos in testudinem conglobatos, subruendo vallo inducit; alios scalas mœnibus admouere; multos tormentis faces & hastas incutere iubet. Libratoribus funditoribusque attributus locus, <sup>118</sup> vnde eminus glandes torquerent: ne qua pars subsidium laborantibus ferret, pari vndique metu. Tantus inde ardor certantis exercitus fuit, vt intra tertiam diei partem, nudati propugnatoribus muri, obijces portarum subuersi, capta escensu munimenta, omnesque puberes trucidati sint, nullo milite amisso, paucis admodum vulneratis. & imbellis vulgus sub coronâ venundatum: reliqua præda victoribus cessit. Pari fortunâ legatus ac præfectus vsi sunt, tribusque vna die castellis expugnatis, cetera terrore, & alia sponte incolarum, in deditioem veniebant. vnde orta fiducia <sup>119</sup> caput gentis Artaxata aggrediendi. Nec tamen proximo itinere ductæ legiones, quæ si amnem Araxem, qui mœnia alluit, ponte transgrederentur, sub ictum dabantur: D

115. VETERI ET PROVIDO DVCI.] *Cuius eruditionis etiam & studij in litteris signum, quod Plinius aliquoties Corbulonem inter auctores laudat, quorum operâ vsus. vti Indice libri v. & vi. Patrem egregio viro fuisse suspicor Pomponium, aut Orfitum, suadente Plinio lib. vii. cap. v. Vestilia, C. Herdicij ac postea Pomponij Orfiti (scribe ex libris, Pomponij atque Orfiti) clarissimorum ciuium coniux, ex his quattuor partus enixa, Sempronium septimo mense genuit, Sullium Rufum vndecimo, Corbulonem septimo, vtrumque consulem: postea Cæsoniam Caij Principis coniugem, octauo.*

116. DISSIMVLATO TAMEN INTELLECTV.] *Ad Taciti phrasim magis, intellecta.*

117. ISTEIO CAPITONI.] *Ex lapid. Insteio. Mirum ni idem, qui supra Hostorius dicitur, ubi de recipiendis obsidibus actum. Certè Vatic. liber eo loci, Hiltæus, non Hostorius præferebat. Nec moueor, quod ibi centurio dicitur, hic Præfectus castrorum. Potuit enim honore esse auctus.*

118. VNDE EMINVS GLANDES TORQUERENT.] *Libratores ergo glandes torquebant? imò tela, lapidesq;. Integer locus, quod mirère, apud Calepinum legitur: vnde eminus lapides & glandes torquerent.*

119. CAPVT GENTIS ARTAXATA.] *Conditam ab Artaxiâ rege, suâsu Annibalis Pœni. Plutarchum adi in Lucullo.*

**A**bantur: procul & latioribus vadis transiere. At Tiridates pudore & metu, ne si concessisset obsidioni, nihil opis in ipso videretur: si prohiberet, impeditis locis, seque & equestres copias illigaret: statuit postremo ostendere aciem, <sup>120</sup> & dato die praelium incipere, vel simulatione fugae, locum fraudi parare. Igitur repente agmen Romanum circumfundit, non ignaro duce nostro, qui viae pariter & pugnae composuerat exercitum. Late re dextro tertia legio, sinistro sexta incedebat, medijs decumanorum dilectis: recepta inter ordines impedimenta, & tergum mille equites tuebantur. quibus iusserat, ut instantibus cominus resisterent, refugos non sequerentur. in cornibus pedes sagittarius, & cetera manus equitum ibat, <sup>121</sup> productior cornu in sinistro per ima collium, ut si hostis intraisset, fronte simul & sinu exciperetur. Assaultare ex diverso Tiridates, non usque ad iactum teli, sed cum minitans, tum specie trepidantis, si laxare ordines & diversos confectari posset. Vbi nihil temeritate solutum, nec amplius quam decurio equitum audentius progressus, & sagittis confixus, ceteros ad obsequium exemplo firmaverat, propinquus iam tenebris abscessit. Et Corbulo castra in loco meratus, an expeditis legionibus nocte Arraxata pergeret, obsidioneque circumdaret, agitavit, concessisse illuc Tiridatem ratus. Dein postquam exploratores attulere longinquum regis iter, & Medi an Albani peterentur, incertum, lucem opperitur: praemissaque leuis acmatura, quae muros interim ambiret, oppugnationemque eminus inciperet. Sed opidani portis sponte patefactis, se suaque Romanis permisere. quod salutem ipsis tulit: Artaxatis ignis immissus, deletaque & solo aequata sunt. quia nec teneri sine valido praesidio, ob magnitudinem mœnium; nec id nobis virium erat, quod firmando praesidio, & capeffendo bello diuideretur. vel si integra & incustodita relinquerentur, nulla in eo utilitas aut gloria quod capta essent. Adijcitur miraculum <sup>122</sup> velut numine oblatum. Nam <sup>123</sup> cuncta extra tecta hactenus sole illustria fuere: quod mœnibus cingebatur, ita repente atrâ nube coopertum, fulguribusque discretum est, ut quasi insensantibus deis exitio tradere crederetur. Ob hæc consalutatus imperator Nero, & senatusconsulto supplicationes habitae: statuæque & arcus, & continui consulatus Principi: utque inter festos referretur dies, quo patrata victoria, quo nuntiata, quo relatum de eâ esset, aliaque in eandem formam decernuntur adeo modum egressa, ut C. Cassius de ceteris honoribus assensus, si pro benignitate fortunæ dijs grates agerentur, ne totum quidem annum supplicationibus sufficere disseruerit. eoque oportere diuidi sacros & negotiosos dies, quibus diuina colerentur, & humana non impedirent. Varijs deinde casibus iactatus, & multorum odia meritis reus, haut tamen sine inuidiâ Senecæ damnatur. Is fuit P. Suilius, imperitante Claudio terribilis ac venalis, & mutatione temporum, non quantum inimici cuperent demissus: qui se nocentem videri, quam supplicem mallet. Eius opprimendi gratiâ repetitum credebatur senatusconsultum, poenaeque Cinciae legis, aduersus eos qui pretio causas orauissent. nec Suilius questu aut exprobratione abstinebat, praeter ferociam animi, extremam senectam liber, & Senecam increpans, *insensum amicis Claudij, sub quo iustissimum exsilium pertulisset. Simul studijs inertibus, & iuuenum imperitiâ suetum, inuidere ijs qui viuam & incorruptam eloquentiam tuendis ciuibus exercerent.* <sup>124</sup> *Se quaestorem Germanici; illum domus eius adulterum fuisse. An grauius existimandum, sponte litigatoris premium honestae operae asequi, quam corrumpere cubacula Principum feminarum? Quam sapientiâ, quibus philosophorum praecipis, intra quadriennium regiae amicitiae, <sup>125</sup> ter millies*

Cap. 40.  
Tiridates  
prohibere  
conatur.

Locum fraudi  
di & pugna  
quaris:  
Sed apud  
hostem non  
opportunitatem.  
Itaque abs-  
cedit.  
Cap. 41.

Artaxata  
dedita:  
Combustae.

Neroni ob  
hac honores.

Cap. 42.  
P. Suilius  
reus.

Qui acriter  
in Senecam  
inuehit.

Adulterium  
obijcit.

120. ET DATO DIE.] *Id est, primo die dato, cum illuxisset. Ita IV. Annal. datoque tempore, non reticeto: id est, ablato.*

121. PRODUCTIOR CORNU IN SINISTRO.] *Expeditior omnino & verior erit lectio: productiore cornuum sinistro. E cornibus, inquit, productius erat sinistrum, & causam addit.*

122. VELVT NUMINE OBLATVM.] *Farnesiano superadditum, velut deum numine.*

123. CUNCTA EXTRA TECTA HACTENVS SOLE

ILLVSTRIA FVERE.] *Puto, cuncta extra, tecta tenuis: sine quod in Florentino esse postea didici, tectis. Sententia, Extra urbem, usque ad tecta domus, omnia sole liquida.*

124. SE QVÆSTOREM GERMANICI.] *Suilius Quaestor, Germanico bello. Annal. IV. At P. Suilium Quaestorem quondam Germanici. Adulterum Senecam in Iulia Germanici filia fuisse vult. Dixi ante.*

125. TER MILLIES SESTERTIVM.] *Summa eadem diuitiarum Senecae, expressa à Dione; qui omnes*

Rapinas &  
amantissimam.

Cap. 43.

At ipse va-  
rie accu-  
satur.

Et in insu-  
lam pellitur.

Cap. 44.  
Octavij Sa-  
gitta vecors  
amor.

Et immane  
facinum.

Quod liber-  
tus in se de-  
rivat.

Cap. 45.  
\* Fern. Ellio  
Poppæa ge-  
nita.

millies sestertium parauisset? Romæ testamenta & orbos, velut indagine eius capi: Italiam & A  
prouincias, immenso fenore hauriri. At sibi labore quasitam, & modicam pecuniam esse. Crimen,  
periculum, omnia potius toleraturum, quam veterem ac <sup>126</sup> olim partam dignationem subita  
<sup>127</sup> felicitati submittere. Nec deerant qui hæc iisdem verbis, aut versa in deterius Senecæ  
deferrent. Reperti que accusatores, direptos socios cum Suilius prouinciam Asiam rege-  
ret, ac publicæ pecuniæ peculatum detulere. Mox quia inquisitionem annuam impetra-  
uerat, breuius visum, suburbana crimina incipi, quorum obuij testes erant. Ij acerbitate  
accusationis <sup>128</sup> Q. Pomponium ad necessitatem belli civilis detrusum; Iuliam Drusi  
filiam, Sabinam que Poppæam ad mortem actas; & Valerium Asiaticum, Lusium  
Saturninum, Cornelium Lupum circumuentos; iam equitum Romanorum agmina  
damnata, omnem que Claudij sæuitiam Suilio obiectabant. Ille nihil ex his sponte sus-  
ceptum, sed Principi partuisse defendebat, donec eam orationem Cæsar cohibuit, com-  
pertum sibi referens ex commentarijs patris sui, nullam cuiusquam accusationem ab  
eo coactam. Tum iussa Messallinæ prætendi, & labare defensio. Cur enim neminem B  
alium electum, qui sæuienti impudicæ vocem præberet? Puniendos rerum atrocium  
ministros, vbi pretia scelerum adepti, scelera ipsa alijs delegent. Igitur ademtâ bono-  
rum parte (nam <sup>129</sup> filio & nepti pars concedebatur, eximebantur que etiam quæ testa-  
mento matris aut aui acceperant) in insulas Baleares pellitur: non in ipso discrimine,  
non post damnationem fractus animo. Ferebatur que copiosâ & molli vitâ, secretum il-  
lud tolerauisse. Filium eius Nerulinum aggressis accusatoribus per inuidiam patris, &  
crimina repetundarum, intercessit Princeps, tamquam satis expletâ vltione. Per idem  
tempus Octavius Sagitta plebei tributus, Ponticæ mulieris nuptæ amore vecors, ingen-  
tibus donis adulterium, & mox vt omitteret maritum emeratur; suum matrimonium  
promittens, ac nuptias eius pactus. Sed vbi mulier vacua fuit, necere moras, aduersam  
patris voluntatem caussari, reperta que spe ditioris coniugis, promissa exuere. Octavius  
contra modò conqueri, modò minitari, famam perditam, pecuniam exhaustam obte-  
stans: denique salutem, quæ sola reliqua esset, arbitrio eius permittens. Ac postquam C  
spernebatur; noctem vnam ad solatium poscit, quâ delinitus, modum in posterum ad-  
hiberet. Statuitur nox. Et Pontia conscia ancillæ custodiam cubiculi mandat. Ille, vno  
cum liberto, ferrum veste occultum infert. Tum, vt assolet in amore & irâ, iurgia, pre-  
ces, exprobratio, satisfactio; & pars tenebrarum libidine seposita. Et questu incensus,  
nihil metuentem ferro transuerberat, & accurrentem ancillam vulnere absterret, cubicu-  
lo que prorumpit. Posterâ die manifesta cædes, haud ambiguus percussor. quippe mansi-  
tasse vnâ conuincebatur. Sed libertus suum illud facinus profiteri, se patroni <sup>130</sup> iniu-  
rias vltum esse. Commouerat que quosdam magnitudine exempli: donec ancilla ex  
vulnere resecta, verum aperuit. postulat us que apud consules à patre interfectæ, post-  
quam tribunatu abierat, sententiâ patrum, & lege Corneliâ de sicarijs condemnatur.  
Non minùs insignis eo anno impudicitia, maiorum Reip. malorum initium fecit. Erat  
in ciuitate Sabina Poppæa, T. \* Ollio patre genita, sed nomen aui materni sumserat,  
illustri memoriâ Poppæi Sabini consulari & triumphali decore præfulgentis. Nam

<sup>131</sup> Ol- D

nes res relictas habet prout culpet virum inculpatum.  
Ita adulterium illi obijcit cum Agrippinâ: pullarium  
eum fuisse ait, idemq; vitium ab illo insitum Neroni:  
caussam auctoremq; interfectæ matris: aliâq; quæ  
homo vanus, præter fidem præterq; omnium mentem  
conuiciatur velut è plaustro. Quibus odij causis? aut  
quo mendacij pretio? Nam Seneca tantò anterior, non  
iniuriâ non beneficio cognitus illi. Sed credo, iudicij  
quædam morumq; peruersitas fuit, quæ eundem illum  
in Ciceronem exacuit, quæ in Cassium, Brutum, om-  
nesq; bonos. Caueat ab his, moneo, iuuentus: & è  
campis illis ita antiquitatum & historie flores legat,  
vt non colligat venena. At quod ad diuitias elegan-  
tiamq; Seneca attinet, vide lector & lege egregium

eius libellum De vitâ beatâ: quem scripsit non aliâ re,  
quàm vt ora obstrueret calumniatoribus istis. præfer-  
tim à capite xvii.

126. OLIM PARTAM.] Ex alijs libris liceat, diu  
partam.

127. FELICITATI SUBMITTERE.] Lege, submit-  
teret.

128. Q. POMPONIVM.] Nihil legi. qui sequun-  
tur, ij fere nominati Senecæ in Ludo.

129. FILIO ET NEPTI PARS CONCEDEBATUR.]  
Ablego te ad Cuiacium, Obseru. vi. cap. xxiii. qui  
ante me abunde dixit.

130. INIURIAS VLTVM ESSE.] Malleum,  
vltum ille.

130. OL-

**A** <sup>131</sup> Ollium honoribus nondum functum, amicitia Seiani peruertit. Huic mulieri cuncta alia fuere, præter honestum animum. Quippe mater eius ætatis suæ feminas pulchritudine supergressa, gloriam pariter & formam dederat. Opes claritudini generis sufficiebant. Sermo comis, <sup>132</sup> nec absurdum ingenium modestiam præferre, & lasciuia vti. rarus in publicum egressus; idque <sup>133</sup> velatâ parte oris, ne satiaret aspectum, vel quia sic decebat. Famæ numquam pepercit, maritos & adulteros non distinguens: neque affectui suo, aut alieno obnoxia. vnde utilitas ostenderetur, illuc libidinem transferebat. Igitur agentem eam in matrimonio <sup>134</sup> Rufi Crispini equitis Romani, ex quo filium genuerat, Otho pellexit iuuentâ ac luxu, & quia flagrantissimus in amicitia Neronis habebatur. Nec mora, quin adulterio matrimonium iungeretur. <sup>135</sup> Otho, siue amore incautus, laudare formam elegantiamque vxoris apud Principem: siue vt accenderet, ac si eadem feminâ potirentur, id quoque vinculum potentiam ei adijceret. Sæpè auditus est confurgens è conuiuio Cæsaris, se ire ad illam, <sup>136</sup> sibi concessam dictitans nobilitatem, pulchritudinem, vota omnium, & gaudia felicium. His atque talibus irritamentis, non longa contatio interponitur. Sed accepto aditu, Poppæa primùm per blandimenta & artes valefcere, imparem cupidini se, & formâ Neronis captam simulans: mox acri iam Principis amore, ad superbiam vertens, si vltra vnâ alteramque noctem attineretur, nuptam esse se dictitans, nec posse matrimonium amittere, deuinctam Othoni per genus vitæ, <sup>137</sup> quod nemo adæquaret. Illum animo & cultu magnificum: ibi se summâ fortunâ digna visere. At Neronem pellice ancillâ, & assuetudine Actes deuinctum, <sup>138</sup> nil è contubernio seruili, nisi abiectum & sordidum traxisse. Deijcitur familiaritate suetâ, post congressu & comitatu, Otho: & postremò, ne in vrbe æmulatus ageret, pro uincia Lusitaniæ præficitur. Vbi vsque ad ciuilia arma, non ex priore infamiâ: sed integre sancteque egit, procax otij, & potestatis temperantior. Hactenus Nero flagitijs & sceleribus velamenta quæsiuit. Suspectabat maximè Cornelium Syllam, secors ingenium eius in contrarium trahens, callidumque & simulatorem interpretando. Quem metum Graptus ex libertis Cæsaris, vsu & senectâ <sup>139</sup> à Tiberio vsque domum Principum edoctus, tali mendacio intendit. Pons Miluius in eo tempore celebris nocturnis illecebris erat: ventitabatque illuc Nero, quò solutiùs urbem extra lasciuiet. Igitur regredienti per viam Flaminiam compositas insidias, fatoque euitatas, quoniam diuerso itinere

Forma:

Mores,

Pellacia.

Crispino  
ea nupta.

Cap. 46.

Mox Othoni.  
Qui apud  
Neronem  
laudat.Audientem,  
& mox vocantem.

Ea miris artibus hominem illicet.

Otho seponitur.

Cap. 47.  
Sulla suspectus  
Neroni.Et suspectior  
redditur liberti dolo

nere

131. OLLIVM HONORIBVS NONDV M FVNCTVM.] Atqui Questorium eum fuisse Suetonius auctumat, cap. xxxv. Sed Questura fortasse non tam honos, quàm aditus ad honorem. Ipse tamen Tacitus libro xii. Questuram inter magistratus recensuit, Agellus, & alij.

132. NEC ABSVRDVM INGENIVM.] E Sallustio imitatum, qui de Sempronîa: Ingenium eius haud absurdum versus facere.

**D** 133. VELATA PARTE ORIS.] Ad emulationem credo mulierum Arabia, de quibus Tertullianus in libello De virginibus velandis: Arabiæ feminæ non caput, sed faciem quoque ita totam tegunt, vt vno oculo liberato, contentæ sint dimidiam frui lucem quàm totam faciem prostituere. Sed causa in hoc nobili scorto, & in illis dispar.

134. RVFI CRISPINI EQVITIS.] Alij, Crispi. Sed Crispinum ei cognomen Plutarchus in Galbâ, noster lib. xv. & clarissimè Seneca seu quis alius (non enim certè Philosophus) in Octaniâ. vbi Poppæa inducitur:

—venientem intuo

Comitante turbâ coniugem quondam meum  
Gnatumque. properat petere complexus meos  
Crispinus, & intermissa libare oscula.

Rufinus Crispinus filius eius à Suetonio nominatur, capite xxxv.

135. OTHO, SIVE AMORE INCAVTVS, LAVDARE FORMAM ELEGANTIAMQVE VXORIS APVD PRINCIPEM.] Verè incautus. & simillimâ recordiâ ille Candaules apud Iustinum libro i. Hic vxorem, quàm propter pulchritudinem deperibat, prædicare omnibus solebat, non contentus voluptatum suarum tacitâ conscientia. prorsus, quasi silentium damnum pulchritudinis esset. Recordiâ inquam simili, sed & fato.

136. SIBI CONCESSAM DICTITANS.] Adhæresco. Fortean, sibi concessam à dis iactans nobilitatem, pulchritudinem. Aut, sibi concessam dis dignam nobilitatem. Budensi aiunt legi, vbi concessam dictitaret. ex eo diuinabam, vbi congestam delibaret.

137. QVOD NEMO ADÆQVART.] Vidi qui legeret, quod Nero non adæquaret. Ego, Nero haud æquaret.

138. NIL E CONTVBERNIO SERVILI.] Propriè. Non enim nuptiæ cum seruis, sed contubernium.

139. A TIBERIO VSQVE.] Vatic. Tiberio auoufque. ex quo fecerim, Tiberio abusque, deletâ priore præpositione.

nere Sallustianos in hortos remeauerit, auctoremque eius doli Syllam ementitur: quia **A** fortè redeuntibus ministris Principis, quidam per iuuenilem licentiam, quæ tunc passim exercebatur, inanem metum fecerant. Neque seruorum quisquam, neque clientium Syllæ agnitus: Maximeque despecta & nullius ausi capax natura eius, à crimine abhorrebat: perinde tamen quasi conuictus esset, cedere patriâ, & <sup>140</sup> Massiliensium mœnibus coërceri iubetur. Iisdem consulibus audita Puteolanorum legationes, quas diuersas senatorius ordo plebsque ad senatum miserant: illi vim multitudinis; hi magistratum & primi cuiusque auaritiam increpantes. Cumque seditio ad saxa & minas ignium progressa necem & arma perliceret; C. Cassius adhibendo remedio dilectus. quia seueritatem eius non tolerabant, precante ipso, ad Scribonios fratres ea cura transfertur, datâ cohorte prætoriâ. cuius terrore & paucorum supplicio, redijt opidanis concordia. Non referrem vulgatissimum senatusconsultum, quo ciuitati Syracusanorum egredi <sup>141</sup> numerum edendis gladiatoribus finitum permittebatur; nisi Pætus Thrasea contradixisset, præbuissetque materiam obrectatoribus arguendæ sententiæ. *Cur enim si Remp. egere libertate senatoriâ crederet, tam leuia consecraretur? quin de bello aut pace, de vectigalibus & legibus, <sup>142</sup> quibusque alijs Romana continentur, suaderet dissuaderetve? Licere patribus, quoties ius dicenda sententia accepissent, quæ uellent expromere, relationemque in ea postulare. An solum emendatione dignum, ne Syracusis spectacula largius ederentur? Cetera per omnes imperij partes perinde egregia, quàm si non Nero, sed Thrasea regimen eorum teneret? Quæ si summâ dissimulatione transmitterentur, quantò magis inanibus abstinendum?* Thrasea contra, rationem poscentibus amicis, non præsentium ignarum respondebat, eiusmodi consulta corrigere; sed patrum honori dare, ut manifestum fieret, magnarum rerum curam non dissimulatos, qui animum etiam leuissimis aduerterent. Eodem anno crebris populi flagitationibus immodestiam publicanorum arguentis, dubitauit Nero an cuncta vectigalia omitti iuberet: idque pulcherrimum donum generi mortalium daret. Sed impetum eius, multum prius laudatâ magnitudine animi, <sup>143</sup> attinere senatores, dissolutionem imperij docendo, si fructus, quibus Resp. sustineretur, deminuerentur. Quippe sublatis portorijs, sequens ut tributorum abolitio exoptaretur. Plerasque vectigalium societates, à consulibus & tribunis plebis constitutas, acri etiam populi Rom. tum libertate. **C** Reliqua mox ita prouisa, ut ratio quæstum & necessitas erogationum inter se congruerent. Temperandas planè publicanorum cupidines, ne per tot annos sine querelâ tolerata, nouis acerbitatibus ad inuidiam verterent. Ergo edixit Princeps ut <sup>144</sup> leges cuiusque publici occultæ ad id tempus, proscriberentur: omissas petitiones, non ultra annum resumerent. Romæ prætor, per prouincias qui pro prætore aut consule essent, iura aduersus publicanos extra ordinem redderent. Militibus immunitas seruaretur, nisi in ijs quæ vâno exercebant. Aliaque admodum æqua: quæ breui seruata, dein frustra

Massiliam  
ablegatur.  
Cap. 48.

Puteolis  
discordia.

Cap. 49.

Thraseas nec  
minuta reip.  
negligit.  
Id increpant.

Ipsæ ratio-  
nem dat.

Cap. 50.  
Neroni im-  
petus vecti-  
galia tollere.

Continetur à  
senioribus &  
sanioribus.

Cap. 51.  
Sed publica-  
nis leges  
data.

140. MASSILIENSIVM MOENIBVS.] *Relegandi genus tunc frequens. Sic Iulia opido Rheginorum ab Augusto clausa: Silanus à Nerone Bario municipio Apulia: Dolabella in coloniam Aquinatem ab Othone sepositus.*

141. NUMERVM EDENDIS GLADIATORIBVS.] *Augustus edixit anno urbis DCCXXXII. μήθ' ὀπλομαχίῳ πλεονάκῃς ἢ δις ἐν ἑκάστῳ ἔτει, μήτε πλειόνων εἶποσι καὶ ἑκατὸν ἀνδρῶν ποιεῖν. neque sæpius quàm bis in anno gladiatores dare, neque vltra paria sexaginta. Dio LIV. Simile edictum antea à Senatu, de quo Sueton. Iulij, cap. x. Cùm multiplici vndique familiâ comparatâ inimicos exterruisset, cautum est de numero gladiatorum, quo ne maiorem cuiquam habere liceret. Saturnalia nostra vide.*

142. QVIBVSQVE ALIIS ROMANA.] *Insero vocem, res Romana continetur. Sequentia emen-*

*dau, distinxi, sublatâ confusione, que in libris.*

143. ATTINERE SENATORES.] *Fero. sed præfero meum illud, seniores.*

144. LEGES CVIVSQVE PVBLICI.] *Publicum hîc non ciuitas aut commune cuiusque opidi, uti censent: sed τὸ δημόσιον, τελωνία. Plautus Trucul.*

*Illa, haud ego, habuit publicum, peruorsè interpretaris.*

*Seneca Epist. cxx. Iam ego paraueram fiscos: circumspiciebam in quod me mare negotiaturus immitterem, quod publicum agitarem, quas accerferem merces. Suet. Cal. cap. xl. Additumque ad caput legis, ut tenerentur publico, quæ meretricium quæue lenocinium fecissent. Seneca iterum epist. cii. Ille qui & mari & terrâ pecuniam agitabat, qui ad publica quoque, nullum relinquens inexpertum genus quæstus, accesserat, ubi malè substitunt, publicanos.*

145. QVA-

Astra habita sunt. Manet tamen abolitio <sup>145</sup> quadragesimæ quinquagesimæque, & quæ alia exactionibus illicitis nomina publicani inuenerant. Temperata apud transmarinas prouincias <sup>146</sup> frumenti subuectio. <sup>147</sup> Et ne censibus negotiatorum naues adscriberentur, tributumque pro illis penderent, constitutum. Reos ex prouinciâ Africâ, qui proconsulare imperium illic habuerant, <sup>148</sup> Sulpicium Camerinum, & <sup>149</sup> Pomponium Siluanum, absoluit Cæsar. Camerinum aduersus priuatos & paucos, sæuitiæ magis quam captarum pecuniarum crimina obijcientes: Siluanum magna vis accusatorum circumsteterat, poscebatque tempus euocandorum testium: reus illicò defendi postulabat. ualuitque pecuniosâ orbitate & senectâ, quam ultra eorum vitam produxit, quorum ambitu euaserat. Quietæ ad id tempus res in Germaniâ fuerant, ingenio ducum, qui peruulgatis triumphis insignibus, maius ex eo decus sperabant, si pacem continuauissent. Paullinus Pompeius, L. Vetus, eâ tempestate exercitui præerant. Ne tamen segenem militem attinerent, ille <sup>150</sup> inchoatum ante tres & sexaginta annos à Druso aggerem coercendo Rheno, absoluit: Vetus, <sup>151</sup> Mosellam atque Ararim, factâ inter utrumque fossâ connectere parabat, ut copiæ per mare, dein Rhodano & Arare subuectæ, per eam fossam, mox fluuio Mosellâ, in Rhenum, exin Oceanum decurrerent; sublatisque itinerum difficultatibus, nauigabilia inter se Occidentis Septemtrionisque litora fierent.

Frumentariæ naues immunes. Cap. 52. Sulpitius Camerinus absolutus.

Pomponius Siluanus absolutus. Cap. 53. Agger ad Rhenum cohibensum.

Fossa inter Ararim & Mosellam.

Inuidit

145. QUADRAGESIMÆ QVINQVAGESIMÆQUE. ] Portorium id fuit, explicatum Quintiliano in parte, Declamar. CCCLIX. Præter instrumenta itineris, omnes res quadragesimam publicano debeant. Sed abolitio hæc Neroniana, non firma. certè Symmachi auro iterum præbita Quadragesima: ut discas è l. v. epist. Quadragesimæ portorium non rectè poscitur à Senatoribus Candidatis: quia nostri ordinis functiones onerari geminis incommodis non oportet. Quæso igitur ut humanitatem nostri ordinis editoribus impartias, & uisorum transuectionem cupiditati mancipium subtrahas. Etiam Quinquagesima: de quâ idem: Quæstores ordinis nostri numquam ferarum suarum portorium contulerunt. Nunc à fratre meo Cynegio V. C. Quinquagesimæ vectigal exigitur, quod solos uisorum negotiatores, utpote quæstui seruientes, oportet agnoscere. De hac Quadragesimâ capio Suetonium Vespas. cap. 1. Huius filius publicum quadragesimæ in Asiâ egit, manebantque (lego, mantantque, quia peruenisse eas ad suum eum subindicat Tranquillus: vel potius, monebantque) imagines sub hoc titulo, Καλῶς τελευτήσαντι. At in Caligul. cap. XL. alia herclè ab istâ; temporaria dumtaxat, & quæ cum impuro illo perijt: Exigebatur pro litibus atque iudicijs vbicumque conceptis quadragesima summæ de quâ litigaretur. Sed & Quinquagesimam uenaliū, de quâ supra, disparo ab istâ: sicut Quinquagesimas illas Ciceronis III. libro in Verrem, quæ ad aratores pertinuerunt decumanosq̃.

146. FRUMENTI SUBUECTIO. ] Quæ hæc subuectio? illane, quæ Romam ex Africâ & Aegypto puta, alijsq̃ prouincijs ad alimenta plebis. An intellegit in ipsis prouincijs modum positum, quò & quatenus frumenta sua adueherent? Fraudes enim & hic committi solere, & molestias obijci prouincialibus, è Taciti Agricola discas. Emerè, inquit, ultro frumenta, & vendere cogebantur. Deuortia itinerum & longinquitas regionum indicebatur, ut ciuitates à proximis hibernis in remota & auia deferrent: donec quò omnibus in promptu erat, paucis lucrosus fieret.

147. ET NE CENSIBVS. ] Mutuare huic loco lumen à P. Fabro lib. I. Semest. cap. XXV.

148. SULPICIVM CAMERINVM ABSOLVIT. ] Sed eundem paullo post cum filio interfecit. Εὐκατέσας σφισιν, ait Xiphilinus, ὅτι Πυθικοὶ ἐκ παροργῶν ἔπι καλέμενοι, ἐκ ἐπαύσαντο παροργιστῶν ἔχοντες, ἀλλ' ἐς τὰς τῆς Νέροδος νύκτας τὰς Πυθικὰς ἐκ τῆς ὁμωνυμίας ἠσέβων. obijciens illis, quòd Pythici ab antiquo dicti, non abstinerent nunc eo cognomine, sed in Neronis Pythicas uictorias ex similitudine nominis iniurijs essent. Qui Dionis siue abbreviatoris eius corruptus locus, scriboq̃, ὅτι Πορννοὶ ἐκ παροργῶν, &c. Sulpicij enim uerò non Pythici, sed Patrici cognominati, ut liquere potest ex Fastis. Quòd cognomen ad iniuriam suam traherat Nero, quia ipse solus uictor, solus Pythicus. Notabit ergo philologus similitudinem aliquam inter eas uoces, ueteri germanaq̃ pronuntiatione fuisse.

149. POMPONIVM SILVANVM. ] Est cum Pompeium Siluanum in Tacito (lib. II. Histor.) reperias, est cum Poppæum. Librariorum ea uarietas sit, an hominum, alibi uidebo.

150. INCHOATVM A DRUSO AGGEREM. ] Intellegitne fossam Drusianam, Isalæ hodie cognomine insignem? quæ Rhenum imminuit, exhaustit, & quasi coercuit? An potius aliud opus in Gallicâ ripâ, quo tumidum & uagum cum pernicie accolarum ansem reprimeret? Videtur. & refero ad aggerem istum, quæ libro V. Histor. scripta: Quin & diruit molem à Druso Germanico factam, Rhenumque pronò alueo in Galliam ruentem, disiectis quæ morabantur, effudit. Vidi qui molem eam uellent esse Drusoburgum ad Isalam nunc situm. Ne illi falluntur. Nam qui potest? In Galliarum ripâ ea moles fuisse debuit, non in Germaniæ: uti factò Ciuilis, Tacitiq̃, uerbis ratio constet. Refellere quidem igitur aliena possum, firmare adhuc ipse nihil.

151. MOSELLAM ATQVE ARARIM. ] Deus bone, utile, magnum, regium uel Romanum planè opus! Sic Carolus Magnus Danubium & Rhenum statuit; alij alia: sed omnes statuerunt tantum. & nescio quæ uis ab alto ferè impedit mutari hæc per Naturam statuta.



Cap. 54.  
Frisij limitarios agros  
insident.

Legatos Ro-  
mam mis-  
erunt.

Eorum Ger-  
mana sim-  
plicitas.  
Sed agris  
cedere co-  
guntur.

Cap. 55.  
Ansibarij  
eosdem occu-  
pant.

Duce Boio-  
calo.

Inuidit operi <sup>152</sup> Aelius Gracilis Belgicæ legatus, deterrendo Veterem, ne legiones alienæ A  
prouinciæ inferret, studiaque Galliarum affectaret. formidolosum id Imperatori dicti-  
tant; quo plerumque probibentur conatus honesti. Ceterum continuo exercituum  
otio fama incescit, ereptum ius legatis ducendi in hostem. eoque Frisij iuuentutem salti-  
bus aut paludibus, imbellem ætatem per lacus admouere ripæ, agrosque vacuos, & mi-  
litum vsui sepositos insedere, auctore Verrito, & Malorige, qui nationem eam rege-  
bant, <sup>153</sup> in quâ tum Germani regnabant. Iamque fixerant domos, femina aruis intu-  
lerant, utque patrium solum exercebant; cum <sup>154</sup> Dubius Auitus acceptâ à Paullino  
prouinciâ, minitendo vim Romanam, nisi abscederent Frisij veteres in locos, aut no-  
uam sedem à Cæsare impetrarent, perpulit Verritum & Malorigem preces suscipere.  
Profectique Romam, dum alijs curis intentum Neronem opperiantur, inter ea quæ  
Barbaris ostentantur, intrauere Pompeij theatrum, quo magnitudinem populi vise-  
rent. Illic per otium (neque enim ludicris ignari oblectabantur) dum concessum ca-  
ueæ, discrimina ordinum, quis eques, vbi senatus percontantur, <sup>155</sup> aduertere quosdam B  
cultu externo in sedibus senatorum: & quinam forent rogantes, postquam audiue-  
rant, earum gentium legatis id honoris datum, quæ virtute & amicitia Romanâ præ-  
cellerent, **INVLLOS MORTALIVM ARMIS AVT FIDE ANTE GER-  
MANOS ESSE**, exclamant, digrediunturque, & inter patres confidunt. quod comi-  
ter à visentibus exceptum, quasi impetus antiqui, & <sup>156</sup> bona æmulatio. Nero ciuita-  
te Romanâ ambos donauit. Frisios decedere agris iussit. Atque illis aspernantibus,  
auxiliaris eques repente immisus, necessitatem attulit, captis casisque qui peruicacius  
restiterant. Eisdem agros Ansibarij occupauere, validior gens, non modò suâ co-  
piâ, sed adiacentium populorum miseratione: quia pulsi à Chaucis & sedis inopes, tu-  
tum exsilium orabant. Aderatque ijs clarus per illas gentes, & nobis quoque fidus,  
nomine Boio calus, vinctum se rebellionem Cheruscâ, iussu Arminij referens; mox Ti-  
berio & Germanico ducibus, stipendia meruisse, <sup>157</sup> quinquaginta annorum obse-  
quia. Id quoque adiungere, quod gentem suam ditioni nostræ subijceret. <sup>158</sup> Quotam par-  
tem campi iacere, in quam pecora & armenta militum aliquando transmitterentur? <sup>159</sup> Serua-  
rent sanè receptos gregibus inter hominum famam; modò ne vastitatem & solitudinem mallent,  
quàm

152. AELIVS GRACILIS.] *E libris, Aelius Gracchus.*

153. IN QVA TVM GERMANI REGNABANT.] *Florentinus codex, in quantum Germani: optime. id est, quatenus Germanis quidem est regnum, qui in semilibertate.*

154. DVBIVS AVITVS.] *Labor ut scribam, Vibius Auitus, inducente me Plinio, qui Neronis temporibus præfuisse Gallie Germanicæ, inferiori, Vibium Auitum significat libro XXXIV. cap. VII. Statuam Aruernorum cum faceret, prouinciæ Vibio Auito præfidente. Antea suspicabar de Didio: fallebar.*

155. ADVERTERE QVOSDAM CVLTV EXTERNO.] *Armenios & Parthos sedentes in Senatu, uti eleganter Suetonius loquitur. Morem autem eum fuisse, & hunc honorem benè meritis socijs, didici è Iustino: qui de Massiliensibus lib. XLIII. Ob quod meritum & immunitas illis decreta, & locus spectaculorum in Senatu datus. Item Iosepho, qui Decretum C. Cæsaris & Senatus recitat pro Iudeis, libro XIV. cap. XVII. in hæc verba: Δεδόθη τε Τρανῶ, καὶ πᾶσι τοῖς αὐτῶ, καὶ ἀρεσβούταις τοῖς ὑπ' αὐτῶ πνευθεῖσιν ἐντε πυρμῆ μονομάχων καὶ θροῖων, καθ' ἑορμῆς μετὰ τῶ συλληπτικῶν θεωρεῖν: Concedi Hyrcano eiusque filijs, item Legatis qui ab eo missi, gladiatorum & ferarum pugnas*

spectare, in sedibus Senatorum. Dio Cassius in *Fragm. de Traiano: Οἱ δὲ Τραϊανὸς τὴν ἀρεσβού-  
τῶν τῶν ἀπὸ τῶν βασιλέων ἀφικνεύμενος, ἐν τῶν  
βυδωτικῶν θεάσασθαι ἐποίησε: Quod Traianus le-  
gatos à Regibus missos in Orchestrâ spectare  
iussit. Etsi veterat id ante, suâ quadam causâ,  
Augustus: ut in Suetonio leges, cap. XLIV. interdi-  
cto tamen non firmo. Sed ait Iustinus ecce, in Sena-  
tu: & Suetonius alibi, in equite spectare. nec errent  
ultra, qui apud Suetonium in Claudio, in Senato-  
rijs, tentant reponere. Sed quod de legatis his ad  
Neronis tempora Tacitus rettulit, eximium & an-  
tiqua nostræ simplicitatis factum: Tranquillo visum  
Claudio attribuere, cap. XXV. Errat, me iudice, Tran-  
quillus.*

156. BONA ÆMVLATIO.] *Libri aliquot, æmulatione: ex quibus iunctim tunc scribam, quasi impetus antiqui & boni æmulatione: & sanè sic fuit.*

157. QVINQVAGINTA ANNORVM.] *Libri vett. quadraginta. A clade certè Varianâ ad hoc æuum, quadraginta sex circiter anni sunt.*

158. QVOTAM PARTEM CAMPI.] *Fortè, Quò tantam, aut, quò eam. Vulgatam etiam tolero, & rapio.*

159. SERVARENT SANE RECEPTOS.] *Scriberem, exceptos, & famem.*

**A** quàm amicos populos. Chamauorum quondam ea arua, mox Tubantum, & post Vspiorum fuisse. Sicut celum dijs, ita terras generi mortalium datas: quæque sint vacuæ, eas publicas esse. Solem deinde respiciens, & cetera sidera vocans, quasi coram interrogabat, vellente contueri mane solum: potius mare superfunderent aduersus terrarum ereptores. <sup>160</sup> Et commotus his Aui

Cap. 56

Quem corrupere Auitus conatur.

Ille perferat:

Sed auxilia eum deserunt.

Denique Ansibarij cæsi.

Cap. 57.

Bellum inter Catos & Hermundurios.

Flumen falsum.

\* concretum. Catti occisione occisi.

Ignis è terrâ enatus.

tus, patiendâ meliorum imperia. Id dijs quos implorarent placitum, vt arbitrium penes Romanos maneret, quid darent, quid adimerent; neque alios iudices, quàm seiplos paterentur. Hæc in publicum Ansibarijs respondit, ipsi Boiocalo ob memoriam amicitiae daturum agros. quod ille, vt proditiõis pretium, aspernatus addidit: Deesse nobis terra, in quâ viuamus, in quâ moriamur, non potest. atque ita infensis vtrimque animis discessum. Illi Bructeros, Tencteros, vltiores etiam nationes socias bello vocabant. Auitus scripto ad <sup>161</sup> Curtilium Manciam superioris exercitus legatum, vt Rhenum transgressus, arma à tergo ostenderet, ipse legiones in agrum Tencterum induxit, excidium minitans, nisi causam suam dissociarent. Igitur assistentibus his,

**B** pari metu exterritis Bructeris, & ceteris quoque aliena pericula deserentibus, sola Ansibariorum gens retrò ad Vspios & Tubantes concessit. quorum terris exacti, cum Catos, dein Cheruscicos petissent, errore longo, hospites, egeni, hostes, in alieno quod iuuentutis erat, cæduntur. Imbellis ætas in prædam diuisa est. Eadem ætate inter Hermundurios Catosque certatum magno prælio, <sup>162</sup> dum flumen gignendo sale fecundum, & conterminum, vi trahunt; super libidinem cuncta armis agendi, religione insitâ, eos maximè locos propinquare cælo, precesque mortalium à deis nusquam propius audiri. Inde indulgentiâ numinum, illo in amne illisque siluis, salem prouenire, non vt alias apud gentes <sup>163</sup> eluue maris arescente vndâ, sed super ardentem arborum struem fusâ, contrarijs inter se elementis, igne atque aquis \* concretâ. Sed bellum Hermundurios prosperum: <sup>164</sup> Cattis exitio fuit. quia victores diuersam aciem Marti ac Mercurio sacrauerunt, quo voto equi, viri, <sup>165</sup> cum ita victa occidioni dantur. Et minæ quidem hostiles in ipsos vertebantur. Sed <sup>166</sup> ciuitas Iuhonum socia nobis

**C** malo improviso afflictâ est. Nam ignes terrâ editi, villas, arua, vicos, passim corripiebant, ferebanturque in ipsa conditæ nuper Coloniae mœnia. neque extingui poterant; non si imbres caderent, non si fluuialibus aquis, aut quo alio <sup>167</sup> humore niterentur: donec inopiâ remedij, & itâ cladis, agrestes quidam eminus saxa iacere, dein refi-

160. ET COMMOTVS HIS AVITVS.] Turbata & trunca forsitan. Lego tamen: Nec commotus his Auitus, patiendâ m. imperia ait. Dis quos, &c.

161. CURTILIVM MANCIAM.] Phlegon De admirandis: Curtilius Mancias legatus in Germaniâ exercitum duxit Q. Volusio & P. Scipione coss.

**D** 162. DVM FLVMEN GIGNENDO SALE.] Non abhorret certè à fide, vt hoc flumen, Sala fuerit: argumento vel nominis ipso. Flumen nobile, mihi carum: domicilij olim causâ, & Andrea Ellingeri medici primarij; cuius fides & doctrina, magna mihi dum viuam.

163. ELVVE MARIS ARESCENTE VNDÀ, SED.] Muretus, arescente, sed vndâ. At ipsa de re Plin. lib. xxxi. Gallia Germaniæque ardentibus lignis aquam falsam infundunt. Varro de re rusticâ 1. In Galliâ Transalpinâ intus ad Rhenum, cum exercitum ducerem, aliquot regiones accessi, vbi salem nec fossitum nec maritimum haberent, sed ex quibusdam lignis combustis, carbonibus falsis pro eo vterentur. Vbi lego, intus Rhenum, particulâ additiâ reiectâ.

164. CATTIS EXITIO FVIT.] Non dissimulo al-

inationem & παρρησια viri docti nostratis, qui ab hac pugna initia deriuat Batavae genti. Censet enim victos pulsoque eo prælio Catos, deuenisse maritimos locos vbi nunc Batavia est, & originem dedisse inter Belgas nobilissimæ genti. Cacitatem! Batavi noti celebresque diu ante hanc æuo Neronis pugnam: & Catorum migratio, de quâ Tacitus in libello De Germaniâ, non dubie antiquior. Batavi, inquit, non multum ex ripâ, sed insulam Rheni amnis colunt, Catorum quondam populus, & seditione domesticâ in eas sedes transgressus, in quibus pars Romani imperij fierent.

165. CVM ITA VICTA OCCIDIONI.] Placet Danesij coniectura, cuncta viua.

166. CIVITAS IYHONVM.] De hoc igne nimia mira. Pighius amicus noster censebat, Huionum scrib. quoniam in agro cognomine, hodie lapis multus sub terrâ fossilis, idoneus concipere ignem. Sed ego ambigo ne ea gens in Germaniâ ipsâ alibi fuerit, non in Belgicâ: & quidam libri, Vibonum.

167. HVMORE NITERENTVR.] Aiunt corruptum hoc verbi, niterentur: aut potius Florentini codicis exemplo delendum. Dissentio, & promptum est, niterentur extinguere, ordinari.

Cap. 58.  
Ficus rumi-  
nalis exstir-  
pta.

residentibus flammis propius suggesti, ictu fustium, alijsque verberibus, vt feras ab-  
terrebant: postremò tegmina corpori direpta iniiciunt, quantò magis<sup>168</sup> profana, &  
vsu polluta, tantò magis oppressura ignes. Eodem anno<sup>169</sup> Ruminalem arborem in  
comitio,<sup>170</sup> quæ super octingentos & quadraginta ante annos Remi Romulique infan-  
tiam texerat, mortuis ramalibus & arescente trunco deminutam, prodigij loco habitum  
est, donec in nouos fetus reuiuisceret.

168. PROFANA, ET VSV POLLV-  
TA.] Adde vocem è priscâ editione, & vsu vi-  
liori polluta. Vestes vult sanguinis aut seminis notis  
sordentes.

169. RUMINALEM ARBOREM.] De sicu Rumi-  
nali & Nauid digna lectu Scaliger in Festum, illu-  
strissimum ingenium nostri aui.

170. QUÆ SVPER OCTINGENTOS ET QVA-

DRAGINTA ANTE ANNOS.] Damno numerum.  
Nam hic annus urbis condita DCCCXI. Romulus  
autem Remusq, XVIII. dumtaxat annos nati, cum  
facta Roma est. Non ergo plures ab infantia eorum  
ad hunc diem annis triginta. Facilis putatio ex Dio-  
nyso, Lino, & alijs. Ita ergo hic emendem, & octin-  
gentos & triginta scribam, ne Tacitus manifesta sit  
in culpa.

